

Paverus
Gram-
matica
Brescia
1495







Pavenus Fontana, Gabriel:
Grammaticae fontes.
Brescia, Bapt. Farfengus, 15. Sept. 1495.
48 Bl. 4°.

Unbeschrieben. Unicum.

È di proprietà De Marinis
non è ancora aderito
alla Biblioteca!
[illegible]



Ad Illustrissimum & excellentissimũ dominum Iohãnem Galeacium Mariam sfortiam uice comitem Mediolani ducẽ Gabrielis paueri fontanæ præfatio in grammaticæ fontes.

MVltis de causis faustissime princeps magnas omni potẽti deo gratias agere debes. sed præsertim: quod te nasci uoluit matre bona duce omni uirtute prudentiaq; præfulgẽti: necnõ quod in tuarũ primordio rerum eos nactus fueris senatores: quos oĩs grauitate & sapiẽtia catones merito nomine dicere possum. Cum hi animaduerterẽt grãmaticen artem sciẽtiamq; primariã & ciuibus perutilem necessariãq;: cũ sit liberalium artium fons & fundamentũ: sic confuse. sic cõtorte. sic mẽdose puerilibus ingeniis tradi: ut quidam libelli in ludis contriti potius barbari q̃ latini sint iudicandi: puerorũ uicem clæmentissimi patres indoluerunt: cernebant enim tenella ingenia non minus circa prauam q̃ rectam doctrinam laborare: multaq; uitia linguis eorum imprimi: quæ inemẽdabili in posterũ prauitate durescũt: nam: Quo semel est imbuta recẽs: seruabit odorẽ: Testa diu. Huic igitur rei succurrẽdum esse iudicantes: ut sui esse uidebatur officii: cum norint ciuilem sciẽtiã reliquis disciplinis ac artibus maxime dominari præsidereq; quẽadmodum in aethicon phoemio sensit Aristoteles: cõmuni consensu & cõsilio decreuerũt: ut ego licet indignus & in publico lectitã di munere uæhemẽter occupatus: unum grãmaticæ corpus cõtexerem pro cõmoda puerorum doctrina. Ipse uero iussa capessens ternos de grãmatica fontes idibus maiis inchoatos idibusq; sextilibus absolutos eisdem patribus obtuli. Hos uero cum Franciscus philelfus eques auratus poetaq; laureatus necnon ex ipsius philelfi sentẽtia grãmaticæ rector suis cũ collegis non indiligenter examinassent: adeo in senatu uno & eodem ore cõprobarunt: ut ad perfectionẽ nihil deesse uideretur. Hæc ideo ad te Dux excellentissime scripta sunt: & opus libenter destinatũ: quo te (cum per ætatem licebit) suscepti a me laboris contra Criticos sortiar iudicem. Idq; propediẽ fore non despero: In te enĩ præfulget indoles: qua proculdubio expectandũ sit: te non modo ad imperandũ genitũ esse: uerũetiam ut omni genere uirtutũ doctrineq; florescas: & in te cumulate cõsumetur: quod in deliaco oraculo inscriptum

fuerat. pulcherrimũ: optimũ: suauissimũ. hoc est uera & pfecta felicitas. uerũ tamen huius mei negocii quisquis æquo animo rationem percepit: nihil est mea sentẽtia: quod me arguat: Ego enĩ ad hãc prouinciã iussus accessi: haud inuitus tamen: quo & officio satisfacerẽ: & puerorũ utilitati necessitatiq; aliquid opis afferrem: quibus congrua & emẽdata lectio semper est tradenda. Et ut id a me cõmodius fieret: ex ueterũ ac iuniorũ uoluminibus auctorũ ea precepta: que uisa sunt utiliora ueriorasq; tãq̃ flores gratiores ex minus gratis & quãdoq; ex spinis rosas decerpsi: & in ternos: quos diximus: fontes redegi. quos quidem rudibus scholasticis nõ mediocriter utiles fore confido. Nam in eis ad imos a uertice talos cõcinna breuitas & perspicua claritas facilisq; probabilitas cõperietur. Cæterum ne in exordiẽdo prolixior fiam: iam nostrum munusculũ princeps præstãtissime accipere digneris: quod apud tuam sublimitatẽ sit mee fidei atq; pietatis monimentũ pignusq; perpetuũ. propediem (si deus annuerit) reliquos fontis sum psecuturus. Interim hi legentur: & quo facilius quicquid uoluerit lector: adinuenire ualeat: per singulos fontes titulos subieci. MCCCCLXXVII. kal. Septembris.

Primus fons continet de definitione. ætymologia & partibus grammaticæ.
De Littera. Syllaba. Dictione. & Oratione.
De Nomine. Verbo. Participio. Pronomine. Præpositione. Aduerbio.
Interiectione. & Coniunctione.

Iohannes Cælius.

Cælius claro qui ueni nuper olympo:
In cælum quoniam spero redire pater:
Institui sacros musarum uisere fontes
Virtutesq; omnis grammaticamq; prius.

Gabriel.

Perge age nate mihi uita iucundior omni.
Quam bene. q̃ recte consulis ipse tibi:
Hæc tibi contritum callem scalasq; parabunt:
Quo cælum tuto scandere nate queas.
Illic summa bona aspicies uitamq; beatam.
Illic cælicolas cælicolumq; ducem.

Incipe.iamq; legas artis primordia nostræ.
Post hæc maiora quanta parabo tibi.

Quid est grammatica? Est scientia recte loquendi recteq; scribendi origo. & fundamentum liberalium artium.
Vnde dicitur grãmatica? a grãma: hoc est littera.
Quot sunt partes grãmaticæ? quattuor. Littera. Syllaba. Dictio. & Oratio.
Quid est littera? Est uox indiuidua que scribi potest.
Vnde dicitur littera? quasi legitera. quia iter legendi præbeat.
Quot sunt littere quibus nos utimur? uigintitres. a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n. o.p.q.r.s.t.u.x.y.z
In quot partes diuiduntur litteræ? in duas. in uocales & consonantes.
Quot sunt uocales? quinq;. a.e.i.o.u.
Quare dicuntur uocales? quia per se uocem faciunt.
Quot sunt diphthongi? quattuor: ae. oe. au. eu.
Quot sunt diphthongi quæ scribuntur & non proferuntur? due. ae. oe.
Quot sunt diphthongi quæ scribuntur & proferuntur? duæ. au. eu.
Quot sunt cõsonantes? sexdecim. b.c.d.f.g.k.l.m.n.p.q.r.s.t.x.z.
Y. quæ littera est? græca uocalis est.
H. quæ littera est? magis uidetur esse nota aspirationis q̃ littera.
Quare dicuntur consonantes? quoniam simul sonant cum uocalibus: ut. b. sonat cum e. k. cum. a. q. cum. u. x. cum. i.
In quot partes diuiduntur consonãtes? in duas. in mutas & in semiuocales.
Quot sunt mutæ? nouem. b.c.d.f.g k.p.q.t.
Quare uocantur mute? quia parum sonant.
Quot sunt semiuocales? sex. l.m.n.r.s.x.
Quare uocantur semiuocales? quia multum sonant.
Z quæ littera est? est littera nuper inuenta: pro ea enim ueteres coniunctis ss. utebantur: ut patrisso pro patrizo. apud græcos semiuocalis est.
I. & u. quomodo fiunt consonantes? quando locantur in principio syllabæ ante uocalem in eadem syllaba: ut Iuno. Venus. Troia. iuui.
Quot sunt consonantes duplices? duæ. x. z.

Quare.x.est duplex? quia ponitur pro.cs.uel.gs.
Quare.z.est duplex? quia pro.ss.duplici capitur.
Quot sunt ueræ liquidæ? duæ.l.r.
Quid est syllaba? est uox litteralis: quæ sub uno accentu & uno spiritu indistanter profertur.
Vnde dicitur syllaba? a uerbo græco syllambano hoc est concipio uel comprehendo.
Quid est dictio? est pars constructæ orationis minima.
Vnde dicitur dictio? a dico dicis.
Quid est oratio? est ordinatio dictionum congruam perfectamq; sententiam demonstrans.
Vnde dicitur oratio? ab oro: hoc est dico.
Quot sunt partes orationis? octo. Nomen. Verbum. Participium. Pronomen. Præpositio. Aduerbium. Interiectio. & Coniunctio.
Quot sunt partes orationis declinabiles? quattuor. Nomen. Verbum. Participium & Pronomen.
Quot sunt partes orationis indeclinabiles? quattuor. Præpositio. Aduerbium. Interiectio & Coniunctio.

De Nomine

Quid est nomen? est pars orationis declinabilis cum casu corpus aut rem propriam uel cõmunem significans. Propriam: ut Placentia: Padus. Communem: ut urbs flumen.
Vnde dicitur nomen? Nomen dicitur quasi nouimen uel notamen: quod nomine notamus uniuscuiusq; rei substantiam & qualitatem.
Nomini quot accidunt? quinq;. Species. Genus. Numerus. Figura & Casus.
Quot sunt species nominum? duæ. Primitiua: ut fons schola. Deriuatiua: ut fontanus scholasticus.
Fons cuius speciei? primitiuæ: quare? quia a nullo deriuatur. Fõtanus cuius speciei? deriuatiue: quare? quia deriuatur a fonte.
Quot sunt genera nominum? septem. Masculinum. Fœmininũ. Neutrum. Commune. Omne. Incertum. & Promiscuum.

Hic poeta cuius generis? maſculini. quare? quia uariatur ꝑ hic. Hæc muſa cuius generis? fœminini. quare? quia uariatur per hæc. Hoc regnum cuius generis? neutri. quare? quia uariatur per hoc. Hic & hæc homo cuius generis? cõmunis. quare? quia uariatur per hic & hec Hic & hæc & hoc felix cuius generis? omnis. quare? quia uariatur per hic & hæc & hoc. Hic uel hæc dies cuius generis? incerti. quare? quia uariatur per hic uel hæc. Hic uultur cuius generis? promiſcui. quare? quia ſub uno articulo & una uoce ſignificat animalia utriuſq; ſexus.

Quot ſunt numeri nominũ? duo. ſingularis ut homo. pluralis ut homines. Homo cuius numeri? ſingularis. quare? quia ſingulariter profertur. Homines cuius numeri? pluralis. quare? quia pluraliter profertur.

Quot ſunt figuræ nominũ? tres. ſimplex: compoſita: & decõpoſita. Simplex eſt quæ non poteſt diuidi in partes intelligibiles prioris ſenſus capaces: ut iuſtus. Compoſita eſt: quæ poteſt ex duabus aut pluribus uocibus cõponi ut iuſtus ineſplicabilis. Decõpoſita eſt: quæ nõ per ſe cõponitur: ſed cõpoſita deriuatur: ut iniuſtus iniuſti addita cia. fit iniuſticia. Iuſtus cuius figuræ? ſimplicis. quare? quia ſimpliciter ꝓfertur. Iniuſtus cuius figuræ: cõpoſitæ. quare? quia cõponitur ex in & iuſtus. Iniuſticia cuius figuræ decõpoſitæ. quare? quia nõ per ſe cõponitur: ſed a compoſito nomine deriuatur.

Quot modis uoces in omni parte orationis poſſunt cõponi? quattuor modis. Ex duobus integris: ut iniuſtus. Ex duobus corruptis: ut armiger. Ex integro & corrupto: ut inſipiens. Ex corrupto & integro: ut impius.

Quot ſunt caſus nominũ? ſex Nõiatiuus: ut hic cato. Genitiuus: ut huius catonis. Datiuus: ut huic catoni. Accuſatiuus: ut hunc catonẽ. Vocatiuus: ut o cato. Ablatiuus: ut ab hoc catone. Ab hoc catone quare eſt caſus ablatiui? quia in tali caſu declinãdo reperit̃: & eius ſenſum retinet in cõſtructione.

Quot ſunt recti? duo. Nominatiuus & Vocatiuus.

Quot ſunt obliqui? quattuor. genitiuus. datiuus. accuſatiuus & ablatiuus.

Quot ſunt articuli? tres. hic. hæc. hoc. Hic eſt generis maſculini: hæc fœminini: hoc neutri: hic & hæc cõmunis. hic & hæc & hoc oĩs. hic uel hec incerti.

Quot ſunt uoces quibus cognoſcitur genus in nomine adiectiuo ſine articulis? tres. prima eſt generis maſculini: ut bonus. ſecunda fœminini: ut bona.

tertia neutri:ut bonum.
Quot in partes distribuitur nomen? in duas.in substantiuũ & adiectiuum.
Quid est nomen substantiuum? est illud quod unum habet articulũ: ut hic liber:uel duos ad plus:ut hic & hæc homo.
Quid est nomen adiectiuum? est quod tres habet articulos:ut hic & hæc & hoc felix:uel habet tres diuersas uoces sine articulis: ut bonus bona bonũ.
Adiectiuum cum substantiuo in quot accidentibus concordat? In tribus. in genere:in numero:& in casu:ut Cælius bonus.
Quot in partes aliter distribuitur nomen? In duas. in proprium & appellatiuum.
Quid est proprium? Est illud quod naturaliter conuenit uni soli:ut Cælius & Mediolanum.
Quid est appellatiuum? est cõmune multorum:ua uirgo & urbs.
Quot sunt declinationes nominum? quinq3.Prima.Secunda. Tertia. Quarta & Quinta.

Poeta cuius declinatiõis est? primæ.quare? quia eius genitiuus singularis in ae diphthongum desinit.
Quomodo declinatur?
Nominatiuo hic poeta.Genitiuo huius poetæ.Datiuo huic poetæ. Accusatiuo hũc poetam. Vocatiuo o poeta. Ablatiuo ab hoc poeta. Et pluraliter nominatiuo hi poetæ. Genitiuo horũ poetarum. Datiuo his poetis. Accusatiuo hos poetas. Vocatiuo o poetæ. Ablatiuo ab his poetis.
Nominatiuo hæc musa. Genitiuo huius musæ. Datiuo huic musæ. Accusatiuo hanc musam. Vocatiuo o musa. Ablatiuo ab hac musa. Et pluraliter nominatiuo hæ musæ.genitiuo harum musarum. Datiuo his musis. Accusatiuo has musas. Vocatiuo o musæ. Ablatiuo ab his musis.

Dominus cuius declinationis? secũdæ.quare? quia eius genitiuus singularis in i.& datiuus in o.desinit.
Quomodo declinatur?
Nominatiuo hic dominus. Genitiuo huius domini. Datiuo huic domino.

Accusatiuo hunc dominum. Vocatiuo o domine. Ablatiuo ab hoc domino. Et pluraliter nominatiuo hi domini. genitiuo horum dominorũ. Datiuo his dominis. Accusatiuo hos dominos. Vocatiuo o domini. Ablatiuo ab his dominis.

Nominatiuo hic deus. Genitiuo huius dei. Datiuo huic deo. Accusatiuo hunc deum. Vocatiuo o deus. Ablatiuo ab hoc deo. Et pluraliter nominatiuo hi dei uel dii. Genitiuo horum deorum uel deum. Datiuo his deis uel diis. Accusatiuo hos deos. Vocatiuo o dei uel dii. Ablatiuo ab his deis uel diis.

Nominatiuo hoc regnum. genitiuo huius regni. Datiuo huic regno. Accusatiuo hoc regnum. Vocatiuo o regnum. Ablatiuo ab hoc regno. Et pluraliter nominatiuo hæc regna. genitiuo horum regnorũ. Datiuo his regnis. Accusatiuo hæc regna. Vocatiuo o regna. Ablatiuo ab his regnis.

Nominatiuo hoc scamnum genitiuo huius scamni. datiuo huic scãno. accusatiuo hoc scãnum. uocatiuo o scãnum. Ablatiuo ab hoc scamno. Et pluraliter nominatiuo hæc scamna. genitiuo horum scãnorum. datiuo his scamnis. accusatiuo hæc scamna. uocatiuo o scamna. ablatiuo ab his scamnis.

Pater cuius declinationis? tertiæ. quare? quia eius genitiuus singularis in is desinit.

Quomodo declinatur?

Nominatiuo hic pater. Genitiuo huius patris. Datiuo huic patri. Accusatiuo hunc patrem. Vocatiuo o pater. Ablatiuo ab hoc patre. Et pluraliter nominatiuo hi patres. Genitiuo horũ patrum. Datiuo his patribus. Accusatiuo hos patres. Vocatiuo o patres. Ablatiuo ab his patribus.

Nominatiuo hæc mater. Genitiuo huius matris. Datiuo huic matri. Accusatiuo hanc matrem. Vocatiuo o mater. Ablatiuo ab hac matre. Et pluraliter nominatiuo hæ matres. Genitiuo harum matrum. Datiuo his matribus. Accusatiuo has matres. Vocatiuo o matres. Ablatiuo ab his matribus.

Nominatiuo hic & hæc homo. Genitiuo huius hois. Datiuo huic homini. Accusatiuo hunc & hanc hominẽ. Vocatiuo o homo. Ablatiuo ab hoc &

ab hac homine. Et pluraliter noiatiuo hi & hæ homines. Genitiuo horũ & harũ hominũ. Datiuo his hominibus. Accusatiuo hos & has homines. Vocatiuo o homines. Ablatiuo ab his hominibus.

Nomiatiuo hic & hæc utilis & hoc utile. Genitiuo huius utilis. Datiuo huic utili. Accusatiuo hunc & hác utilẽ & hoc utile. Vocatiuo o utilis & o utile. Ablatiuo ab hoc & ab hac & ab hoc utili. Et pluraliter noiatiuo hi & hæc utiles & hæc utilia. Genitiuo horũ & harum utilium. Datiuo his utilibus. Accusatiuo hos & has utiles uel utilis & hæc utilia. Vocatiuo o utiles & o utilia. Ablatiuo ab his utilibus.

Visus & cornu cuius declinatiõis? quartæ. quare? quia eorum genitiuus singularis desinit in us. uel in u.

Quomodo declinatur?

Nominatiuo hic uisus. Genitiuo huius uisus. Datiuo huic uisui. Accusatiuo hũc uisum. Vocatiuo o uisus. Ablatiuo ab hoc uisu. Et pluraliter noiatiuo hi uisus. Genitiuo horum uisuũ. Datiuo his uisibus. Accusatiuo hos uisus. Vocatiuo o uisus. Ablatiuo ab his uisibus.

Nominatiuo hæc manus. Genitiuo huius manus. Datiuo huic manui. Accusatiuo hanc manum. Vocatiuo o manus. Ablatiuo ab hac manu. Et pluraliter noiatiuo hæ manus. genitiuo harum manuum. Datiuo his manibus. Accusatiuo has manus. Vocatiuo o manus. Ablatiuo ab his manibus.

Nominatiuo hoc cornu. Genitiuo huius cornu. Datiuo huic cornu. Accusatiuo hoc cornu. Vocatiuo o cornu. Ablatiuo ab hoc cornu. Et pluraliter noiatiuo hæc cornua. genitiuo horum cornuũ. Datiuo his cornibus. Accusatiuo hæc cornua. Vocatiuo o cornua. Ablatiuo ab his cornibus.

Domus cuius declinationis est? quartæ & secundæ. quare? quia secundum quartam & secundam declinatur.

Quomodo?

Nomiatiuo hæc domus. genitiuo huius domus uel domi. Datiuo huic domui uel domo. Accusatiuo hanc domũ. Vocatiuo o domus. Ablatiuo ab hac domo. Et pluraliter noiatiuo hæ domus. genitiuo harum domuũ uel

domorum. Datiuo his domibus. Accusatiuo has domos. Vocatiuo o domus. Ablatiuo ab his domibus.

Dies cuius declinationis est? quintæ. quare? quia eius genitiuus singularis in ei & datiuus in ei diuisas syllabas desinit.

Quomodo declinatur?

Nominatiuo hic uel hæc dies. Genitiuo huius diei. Datiuo huic diei. Accusatiuo hūc uel hāc diem. Vocatiuo o dies. Ablatiuo ab hoc uel ab hac die. Et pluraliter nominatiuo hi dies. genitiuo horum dierum. Datiuo his diebus. Accusatiuo hos dies. Vocatiuo o dies. Ablatiuo ab his diebus.

Nominatiuo hæc res. genitiuo huius rei. Datiuo huic rei. Accusatiuo hanc rem. Vocatiuo o res. Ablatiuo ab hac re. Et pluraliter nominatiuo hæ res. genitiuo harum rerum. Datiuo his rebus. Accusatiuo has res. Vocatiuo o res. Ablatiuo ab his rebus.

Quis uel qui cuius declinatiōis? nullius. quare? quia unus: ullus: solus: totus: alius: uter: alter: & qs uel qui cū suis cōpositis nullius harum sunt declinatiōis.

Quomodo declinatur?

Nominatiuo quis uel qui quæ quod uel quid. Genitiuo cuius. Datiuo cui. Accusatiuo quē quā quod uel quid. Ablatiuo a quo uel a qui a qua uel a qui a quo uel a qui. Et pluraliter noīatiuo qui que quæ. genitiuo quorum quarum quorū. Datiuo quis uel quibus. Accusatiuo quos quas quæ. Ablatiuo a quis uel a quibus.

Relatiuum substantiæ cum suo antecedenti in quot accidētibus cōcordat? in duobus. in genere & in numero: ut Cælius qui: non autem quæ: præter suus: ut in tertio fonte dicetur.

Bonus bona bonum cuius declinationis? primæ & secundæ. quare? quia ex parte fœminini est primæ. Ex parte masculini & neutri est secundæ.

Quomodo declinatur?

Nominatiuo bonus bona bonum. Genitiuo boni bonæ boni. Datiuo bono bonæ bono. Accusatiuo bonum bonam bonū. Vocatiuo o bone bona bonum. Ablatiuo a bono bona bono. Et pluraliter nominatiuo boni bonæ bona. genitiuo bonorū bonarum bonorum. Datiuo bonis. Accusatiuo bonos bonas bona. Vocatiuo o boni bonæ bona. Ablatiuo a bonis.

Duo & tres quomodo declinantur?

Pluraliter nominatiuo hi duo hæ duæ & hæc duo. Genitiuo horum duorũ harum duarum horum duorũ. Datiuo his duobus duabus duobus. Accusatiuo hos duos has duas & hæc duo. Vocatiuo o duo o duæ o duo. Ablatiuo ab his duobus duabus duobus.

Pluraliter nominatiuo hi & hæ tres & hæc tria. genitiuo horum & harum & horum triũ. datiuo his tribus. accusatiuo hos & has tres uel tris & hæc tria. Vocatiuo o tres & o tria. ablatiuo ab his tribus.

Quattuor cuius generis? omnis. Cuius numeri? pluralis. quare? quia omnia nomina numeralia a quattuor usq; ad cétum sunt generis omnis: numeri pluralis & indeclinabilia. &c.

Pluraliter nominatiuo hi & hæ & hæc quattuor. genitiuo horum & harum & horum quattuor. datiuo his quattuor. accusatiuo hos & has & hec quattuor. Vocatiuo o quattuor. ablatiuo ab his quattuor.

De Verbo.

Quid est uerbum? est pars orationis declinabilis cum modis & temporibus sine casu agendi uel patiendi significatiua.

Vnde dicitur uerbum? a uerberatu aeris.

Verbo quot accidunt? octo. Genus. Tempus. Modus. Species. Figura. Coniugatio. Persona & Numerus.

Quot sunt genera uerborum? quinq;. Actiuum: ut amo. Passiuum: ut amor. Neutrum: ut sedeo. Cõmune: ut largior. Deponens: ut persequor.

Quot sunt tempora uerborum? quinq;. Præsens. Præteritum imperfectũ. Præteritum perfectum. Preteritum plusquáperfectum & Venturum.

Amo cuius temporis? presentis. quare? quia presens tempus designat.

Amabam cuius temporis? preteriti imperfecti. quare? quia preteritum imperfectum tempus designat.

Amaui cuius temporis? preteriti perfecti. quare. quia preteritum perfectũ tempus designat.

Amaueram cuius temporis? preteriti plusquáperfecti. quare. quia preteritũ plusquamperfectum tempus designat.

Amabo cuius temporis? uenturi. quare. quia uenturum tempus designat.

Quot sunt modi uerborum? quinq;. Indicatiuus. Imperatiuus. Optatiuus. Subiunctiuus. & Infinitiuus.

Indicatiuus modus quot tempora habet? quinq; distincta. Presens: ut amo. Preteritum imperfectũ: ut amabam. Preteritum perfectum: ut amaui. Preteritum plusquãperfectum: ut amaueram. Venturum: ut amabo.

Imperatiuus modus quot tempora habet? duo. Presens: ut ama. Venturum ut amato.

Optatiuus modus quot tempora habet? quinq;. Presens & preteritũ imperfectum simul: ut utinam amarem. Præteritum perfectum & plusquãperfectum simul: ut utinam amauissem. Venturum per se: ut utinam amem.

Subiunctiuus modus quot tempora habet? quinq; distincta. Præsens: ut si amem. Præteritum imperfectum: ut si amarem. Præteritum perfectum: ut si amauerim. Præteritum plusquãperfectum: ut si amauissem. Venturũ: ut si amauero.

Infinitiuus modus quot tempora habet? quinq;. Præsens & præteritum imperfectum simul: ut amare. Præteritum perfectum & plusquãperfectum simul: ut amauisse. Venturum per se: ut amatum ire uel amaturum esse.

Amo & amaui & amabo cuius modi? indicatiui. quare? quia indicant rem esse & fuisse & uenturam esse.

Ama & amato cuius modi? imperatiui. quare? quia imperant rem esse & uẽturam esse.

Vtinam amarem cuius modi? optatiui. quare? quia eget aduerbio optandi: ut perfectum significet sensum.

Si amem cuius modi? subiũctiuui. quare? quia non solum eget aduerbio uel cõiunctione: sed & subiũctiõe alterius uerbi: ut perfectũ significet sensum.

Amare cuius modi? infinitiui. quare? quia neq; psonas nec numeros definit & in constructione eget alio modo: ut aliquid perfectum significet.

Quot sunt species uerborum? duæ. Primitiua: ut ferueo. Deriuatiua: ut feruesco.

Ferueo cuius speciei? primitiuæ. quare? quia a nullo deriuatur.

Feruesco cuius speciei? deriuatiuæ. quare? quia deriuatur a ferueo.

Quot sunt figuræ nerborum? tres. simplex: ut gemo. cōposita: ut ingemo. decōposita: ut ingemisco. Gemo cuius figuræ? simplicis. quare? quia simpliciter profertur. Ingemo cuius figuræ? compositæ. quare? quia cōponitur ex in & gemo. Ingemisco cuius figuræ? decōpositæ. quare? quia nō per se componitur: sed a composito uerbo ingemo deriuatur.

Quot sunt coniugationes uerborum? quattuor. Prima est: quæ in actiua uoce habet in secunda persona præsentis indicatiui. as. ut amo amas. In passiua uero uoce habet aris: ut amor amaris. Secūda est: quæ in uoce actiua in eadem secunda persona habet es: ut doceo doces. In passiua uero uoce habet eris penultima longa: ut doceor doceris. Tertia est: quæ in uoce actiua in eadem secunda persona habet is breuem: ut lego legis. In passiua uero habet eris penultima breui: ut legor legeris. Quarta est: que in uoce actiua in eadem secunda persona habet is longam: ut audio audis. In passiua uero habet iris peuultima longa: ut audior audiris.

Amo cuius coniugationis est? primæ. quare? quia habet in secunda persona præsentis indicatiui modi as.

Amor cuius coniugationis est? primæ. quare? quia habet in secūda persona præsentis indicatiui modi aris.

Doceo cuius coniugationis? secundæ. quare? quia habet in secunda persona præsentis indicatiui modi es.

Doceor cuius coniugationis? secundæ. quare? quia habet in secūda persona præsentis indicatiui modi eris. penultima longa.

Lego cuius coniugationis? tertie. quare? quia habet in secunda persona præsentis indicatiui modi is breuem.

Legor cuius coniugationis? tertie. quare? quia habet in secunda persona presentis indicatiui modi eris penultima breui.

Audio cuius cōiugationis? quarte. quare? quia habet in secūda persona presentis indicatiui modi is longam.

Audior cuius coniugationis? quarte. quare? quia habet in secunda persona presentis indicatiui modi iris penultima longa.

Sum cuius coniugationis? nullius. quare? quia anomalū est & non sequitur regulam alicuins coniugationis.

Quot sunt persone uerborum.tres.prima: ut amo.secunda: ut amas.tertia: ut amat.

Amo cuius persone.primæ.quare. quia est prima uox uerbi. Amas cuius personæ.secundæ.quare: quia est secunda uox uerbi. Amat cuius personæ.tertiæ.quare.quia est tertia uox uerbi.

Quot sunt numeri uerborum.duo.Singularis: ut amo amas amat. Pluralis: ut amamus amatis amant.

Amo cuius numeri.singularis: quare.quia singulariter profertur. Amamus cuius numeri.pluralis: quare.quia pluraliter profertur.

Amare cuius numeri.nullius.Cuius persone.nullius.quare.quia omnia infinita: impersonalia: gerundia: & supina.numeris & personis carent.

Amo quomodo declinatur. Indicatiuo modo tēpore præsenti. amo amas amat.Et pluraliter amamus amatis amant.Præterito imperfecto amabam amabas amabat.Et pluraliter amabamus amabatis amabāt. Præterito perfecto amaui amauisti amauit.Et pluraliter amauimus amauistis amauerūt uel amauere.Præterito plusq̄perfecto amaueram amaueras amaueras. Et pluraliter amaueramus amaueratis amauerant. Venturo amabo amabis amabit.Et pluraliter amabimus amabitis amabunt.

Imperatiuo modo tēpore præsenti ama amet. Et pluraliter amemus amate amēt. Vēturo amato tu amato ille.Et pluraliter amemus amatote amāto.

Optatiuo modo tempore præsenti & præterito imperfecto utinam amarē amares amaret.Et pluraliter utinam amaremus amaretis amarent.Præterito perfecto & plusq̄perfecto utinam amauissem amauisses amauisset.Et pluraliter utinam amauissemus amauissetis amauissent. Venturo utinam amem ames amet.Et pluraliter utinam amemus ametis ament.

Subiunctiuo modo tēpore præsenti si amē ames amet. Et pluraliter si amemus ametis amēt.Præterito imperfecto si amarem amares amaret.Et pluralirer si amaremus amaretis amarent.Præterito pfecto si amauerim amaueris amauerit.Et pluraliter si amauerimus amaueritis amauerint.Præterito plusq̄perfecto si amauissem amauisses amauisset.Et pluraliter si amauissemus amauissetis amauissent. Venturo si amauero amaueris amauerit. Et pluraliter si amauerimus amaueritis amauerint.

Infinitiuo modo tẽpore p̄senti & præterito imp̄fecto amare. Præterito p̄fe/cto & plusquã perfecto amauisse. Venturo amatum ire uel amaturũ esse.
Gerundia uel participialia nomina sunt hæc.amandi amandum amando.
Supina sunt hæc.amatum amatu.

Indicatiuo modo tempore p̄nti amor amaris uel amare amatur. Et pluraliter amamur amamini amãtur. Præterito imp̄fecto amabar amabaris uel amabare amabatur. & pluraliter amabamur amabamini amabãtur. Præterito perfecto amatus sum uel fui amatus es uel fuisti amatus est uel fuit. & pluraliter amati sumus uel fuimus amati estis uel fuistis amati sunt fuerunt uel fuere. Præterito plusq̄perfecto amatus eram uel fuerã amatus eras uel fueras amatus erat uel fuerat. & pluraliter amati eramus uel fueramus amati eratis uel fueratis amati erant uel fuerant. Venturo amabor amaberis uel amabere amabitur. & pluraliter amabimur amabimini amabuntur.

Impatiuo mõ tp̃e p̄nti amare amet᷑. Et pluraliter amemur amamini amẽtur. Venturo amator tu amator ille. & pluraliter amemur amaminor amãtor.

Optatiuo modo tempore præsenti & præterito imperfecto utinã amarer amareris uel amarere amaretur. Et pluraliter utinã amaremur amaremini amarẽtur. Ptõ p̄fecto & plusq̄p̄fecto utinã amatus eẽm uel fuissem amatus esses uel fuisses amatus eẽt uel fuisset. & pluraliter utinã amati essemus uel fuissemus amati essetis uel fuissetis amati eẽnt uel fuissent. Venturo utinã amer ameris uel amere amet᷑. Et pluraliter utinã amemur amemi amẽtur.

Subiunctiuo modo tempore præsenti si amer ameris uel amere ametur. Et pluraliter si amemur amemini amentur. Præterito imperfecto si amarer amareris uel amarere amaretur. Et pluraliter si amaremur amaremini amarentur. Præterito p̄fecto si amatus sim uel fueri amatus sis uel fueris amatus sit uel fuerit. & pluraliter si amati simus uel fuerimus amati sitis uel fueritis amati sint uel fuerint. Præterito plusq̄p̄fecto si amatus eẽm uel fuissẽ amatus eẽs uel fuisses amatus eẽt uel fuisset. Et pluraliter si amati essemus uel fuissemus amati eẽtis uel fuissetis amati eẽnt uel fuissent. Vẽturo si amatus ero uel fuero amatus eris uel fueris amatus erit uel fuerit. & pluraliter si amati erimus uel fuerimus amati eritis uel fueritis amati erũt uel fuerit.

Infinitiuo modo tẽpore præsenti & p̄terito ip̄erfecto amari. Preterito per/

fecto & pluſq̄perfecto amatū eſſe uel fuiſſe. Venturo amatū iri.

Doceo quomodo declinatur? Indicatiuo modo tēpore preſenti doceo do-ces docet. Et pluraliter docemus docetis docent. Preterito imperfecto do-cebam docebas docebat. Et pluraliter docebamus docebatis docebāt. Pre-terito perfecto docui docuiſti docuit. Et pluraliter docuimus docuiſtis do-cuerunt uel docuere. Preterito pluſq̄pfecto docuerā docueras docuerat. Et pluraliter docueramus docueratis docuerāt. Venturo docebo docebis docebit. Et pluraliter docebimus docebitis docebunt.

Impatiuo mō tpe pn̄ti doce doceat. Et pluraliter doceamus docete doceāt. Vēturo doceto tu doceto ille. & pluraliter doceamus docetote docento.

Optatiuo modo tēpore preſenti & preterito impfecto utinam docerē do-ceres doceret. Et pluraliter utinā doceremus doceretis docerēt. Preterito perfecto & pluſq̄perfecto utinā docuiſſem docuiſſes docuiſſet. & plurali-ter utinā docuiſſemus docuiſſetis docuiſſent. Venturo utinā doceam do-ceas doceat. & pluraliter utinam doceamus doceatis doceant.

Subiunctiuo modo tēpore preſenti ſi doceam doceas doceat. Et pluraliter ſi doceamus doceatis doceant. Preterito imperfecto ſi docerē doceres doce-ret. & pluraliter ſi doceremus doceretis docerēt. Preterito pfecto ſi docue-rim docueris docuerit. & pluraliter ſi docuerimus docueritis docuerint. Preterito pluſq̄perfecto ſi docuiſſem docuiſſes docuiſſet. & pluraliter ſi docuiſſemus docuiſſetis docuiſſent. Venturo ſi docuero docueris docue-rit. & pluraliter ſi docuerimus docueritis docuerint.

Infinitiuo modo tpe preſenti & p̄terito impfecto docere. Preterito pfecto & pluſquāperfecto docuiſſe. Venturo doctum ire uel docturū eſſe.

Gerundia uel participialia nomina ſunt hec: docēdi docendū docendo.

Supina ſunt hec doctum doctu.

Indicatiuo modo tpe pn̄ti doceor doceris uel docere docetur. Et pluraliter docemur docemini docētur. Præterito impfecto docebar docebaris uel docebare docebat᷑. & pluraliter docebamur docebamini docebātur. Ptō pfecto doctus ſū uel fui doctus es uel fuiſti doctus ē uel fuit. Et pluraliter docti ſumus uel fuimus docti eſtis uel fuiſtis docti ſūt fuerūt uel ere. Ptō pluſq̄pfecto doctus eram uel fuerā doctus eras uel fueras erat uel fuerat.

Et pluraliter docti eramus uel fueramus docti eratis uel fueratis docti erāt uel fuerant. Venturo docebor doceberis uel docebere docebitur. Et plu/raliter docebimur docebimini docebuntur.

Imperatiuo modo tempore præsenti docere doceatur. Et pluraliter docea/mur doceamini doceātur. Venturo docetor tu docetor ille. Et pluraliter doceamur doceminor docentor.

Optatiuo modo tempore præsenti & præterito imperfecto utinam doce/rer docereris uel docerere doceretur. Et pluraliter utinā doceremur doceremini docerētur. Præterito perfecto & plusq̄pfecto utinā doctus essem uel fuissem doctus esses uel fuisses doctus eēt uel fuisset. Et pluraliter utinā docti essemus uel fuissemus docti essetis uel fuissetis docti essent uel fuis/sent. Venturo utinam docear docearis uel doceare doceatur. Et pluraliter utinam doceamur doceamini doceantur.

Subiunctiuo modo tempore præsenti si docear docearis uel doceare doceatur. Et pluraliter si doceamur doceamini doceātur. Præterito imperfecto si docerer docereris uel docerere doceretur. Et pluraliter si doceremur doceremini docerentur. Præterito perfecto si doctus sim uel fuerim doctus sis uel fueris doctus sit uel fuerit. Et pluraliter si docti simus uel fuerimus docti sitis uel fueritis docti sint uel fuerit. Præterito plusq̄ pfecto si doctus essem uel fuissem doctus esses uel fuisses doctus esset uel fuisset & plurali/ter si docti essemus uel fuissemus docti essetis uel fuissetis docti essent uel fuissent. Venturo si doctus ero uel fuero doctus eris uel fueris doctus erit uel fuerit. Et pluraliter si docti erimus uel fuerimus docti eritis uel fueritis docti erunt uel fuerint.

Infinitiuo modo tempore præsenti & præterito impfecto doceri. Preterito perfecto & plusq̄perfecto doctum esse uel fuisse. Venturo doctum iri.

Lego quomodo declinatur. Indicatiuo modo tempore præsenti lego legis legit. Et pluraliter legimus legitis legunt Præterito imperfecto legebā legebas legebat. Et pluraliter legebamus legebatis legebāt. Præterito per/fecto legi legisti legit. & pluraliter legimus legistis legerūt uel legere. Præterito plusq̄ perfecto legerā legeras legerat. & pluraliter legeramus lege/ratis legerāt. Vēturo legā leges leget. & pluraliter legemus legetis legent.

Imperatiuo modo tẽpore præsenti lege legat. Et pluraliter legamus legite legant. Vẽturo legito tu legito ille. Et pluraliter legamus legitote legũto.

Optatiuo modo tempore præsenti & præterito impfecto utinam legerem legeres legeret. Et pluraliter utinam legeremus legeretis legerent. Præterito pfecto & plusq̃perfecto utinã legissem legisses legisset. Et pluraliter utinam legissemus legissetis legissent. Venturo utinam legam legas legat. Et pluraliter utinam legamus legatis legant.

Subiunctiuo modo tẽpore præsenti si legam legas legat. Et pluraliter si legamus legatis legãt. Præterito imperfecto si legerem legeres legeret. Et pluraliter si legeremus legeretis legerent. Præterito pfecto si legerim legeris legerit. Et pluraliter si legerimus legeritis legerint. Præterito plusq̃pfecto si legissem legisses legisset. Et pluraliter si legissemus legissetis legissent. Vẽturo si legero legeris legerit. Et pluraliter si legerimus legeritis legerint.

Infinitiuo modo tempore præsenti & præterito imperfecto legere. Præterito perfecto & plusq̃perfecto legisse. Venturo lectũ ire uel lecturũ esse.

Gerundia uel participialia nomina sunt hæc: legendi legendum legendo.

Supina sunt hæc: lectum lectu.

Indicatiuo modo tempore præsenti legor legeris uel legere legitur. Et pluraliter legimur legimini leguntur. Præterito impfecto legebar legebaris uel legebare legebatur. Et pluraliter legebamur legebamini legebantur. Præterito pfecto lectus sum uel fui lectus es uel fuisti lectus est uel fuit. Et pluraliter lecti sumus uel fuimus lecti estis uel fuistis lecti sunt fuerũt uel fuere. Præterito plusq̃perfecto lectus eram uel fuerã lectus eras uel fueras lectus erat uel fuerat. Et pluraliter lecti eramus uel fueramus lecti eratis uel fueratis lecti erant uel fuerant. Venturo legar legeris uel legere legetur. Et pluraliter legemur legemini legentur.

Imperatiuo modo tẽpore præsenti legere legatur. Et pluraliter legamur legimini legantur. Venturo legitor tu legitor ille. Et pluraliter legamur legiminor leguntor.

Optatiuo modo tẽpore præsenti & præterito impfecto utinã legerer legereris uel legerere legeretur. Et pluraliter utinã legeremur legeremini legerentur. Præterito perfecto & plusq̃perfecto utinã lectus essem uel fuissem

lectus esses uel fuisses lectus esset uel fuisset. Et pluraliter utinam lecti esse mus uel fuissemus lecti essetis uel fuissetis lecti essent uel fuissent. Venturo utinam legar legaris uel legare legatur. & pluraliter utinam legamur lega mini legantur.

Subiunctiuo modo tẽpore p̃senti si legar legaris uel legare legatur. Et plura liter si legamur lagamini legãtur. Præterito impfecto si legerer legereris uel legerere legeretur. & pluraliter si legeremur legeremini legerẽtur. Pre terito perfecto si lectus sim uel fuerim lectus sis uel fueris lectus sit uel fue rit. & pluraliter si lecti simus uel fuerimus lecti sitis uel fueritis lecti sint uel fuerint. Præterito plusq̃perfecto si lectus eẽm uel fuissem lectus esses uel fuisses lectus eẽt uel fuisset. & pluraliter si lecti essemus uel fuissemus lecti essetis uel fuissetis lecti essent uel fuissent. Venturo si lectus ero uel fuero lectus eris uel fueris lectus erit uel fuerit. & pluraliter si lecti erimus uel fue rimus lecti eritis uel fueritis lecti erunt uel fuerint.

Infinitiuo modo tẽpore præsenti & præterito impfecto legi. Præterito per fecto & plusq̃perfecto lectum esse uel fuisse. Venturo lectum iri.

Audio quomodo declinatur?

Indicatiuo modo tempore præsenti audio audis audit. Et pluraliter audi/ mus auditis audiunt. Præterito imperfecto audiebam audiebas audiebat. & pluraliter audiebamus audiebatis audiebant. Præterito perfecto audi/ ui audiuisti audiuit. & pluraliter audiuimus audiuistis audiuerunt uel au/ diuere. Præterito plusquãperfecto audiueram audiueras audiuerat. & plu raliter audiueramus audiueratis audiuerãt. Venturo audiã audies audiet. & pluraliter audiemus audietis audient.

Imperatiuo modo tẽpore præsenti audi audiat. Et pluraliter audiamus audi te audiant. Venturo audito tu audito ille. Et pluraliter audiamus auditote audiunto.

Optatiuo modo tempore præsenti & præterito imperfecto utinam audi/ rem audires audiret. Et pluraliter utinam audiremus audiretis audirent. Præterito perfecto & plusquãperfecro utinam audiuissem audiuisses au diuisset. & pluraliter utinam audiuissemus audiuissetis audiuissent. Venturo utinam audiam audias audiat. & pluraliter utinam audiamus

audiatis audiant.

Subiunctiuo modo tempore præſenti ſi audiam audias audiat. & pluraliter ſi audiamus audiatis audiant. Præterito imperfecto ſi audirem audires audiret. & pluraliter ſi audiremus audiretis audirẽt. Præterito perfecto ſi audiuerim audiueris audiuerit. & pluraliter ſi audiuerimus audiueritis audiuerint. Præterito pluſquáperfecto ſi audiuiſſem audiuiſſes audiuiſſet. & pluraliter ſi audiuiſſemus audiuiſſetis audiuiſſent. Venturo ſi audiuero audiueris audiuerit. Et pluraliter ſi audiuerimus audiueritis audiuerint.

Infinitiuo modo tempore præſenti & præterito imperfecto audire. Præterito perfecto & pluſquáperfecto audiuiſſe. Venturo auditum ire uel auditurum eſſe.

Gerundia uel participialia nomina ſunt hæc. audiendi audiendũ audiendo. Supina ſunt hec. auditum auditu.

Indicatiuo modo tẽpore præſenti audior audiris uel audire auditur. Et pluraliter audimur audimini audiũtur. Præterito imperfecto audiebar audiebaris uel audiebare audiebatur. & pluraliter audiebamur audiebamini audiebantur. Præterito perfecto auditus ſum uel fui auditus es uel fuiſti auditus eſt uel fuit. & pluraliter auditi ſumus uel fuimus auditi eſtis uel fuiſtis auditi ſunt fuerunt uel fuere. Præterito pluſquáperfecto auditus eram uel fuerã auditus eras uel fueras auditus erat uel fuerat. & pluraliter auditi eramus uel fueramus auditi eratis uel fueratis auditi erant uel fuerant. Venturo audiar audieris uel audiere audietur. & pluraliter audiemur audiemini audientur.

Imperatiuo modo tempore præſenti audite audiatur. & pluraliter audiamur audimini audiantur. Venturo auditor tu auditor ille. & pluraliter audiamur audiminor audiuntor.

Optatiuo modo tempore præſenti & præterito imperfecto utinam audirer audireris uel audirere audiretur. & pluraliter utinam audiremur audiremini audirentur. Præterito perfecto & pluſquamperfecto utinam auditus eſſem uel fuiſſem auditus eſſes uel fuiſſes auditus eſſet uel fuiſſet. & pluraliter utinam auditi eſſemus uel fuiſſemus auditi eſſetis uel fuiſſetis auditi eſſent uel fuiſſent.

Venturo utinam audiar audiaris uel audiare audiatur. Et pluraliter utinã audiamur audiamini audiantur.

Subiunctiuo modo tẽpore præsenti si audiar audiaris uel audiare audiatur. Et pluraliter si audiamur audiamini audiantur. Præterito impfecto si audirer audireris uel audirere audiretur. & pluraliter si audiremur audiremini audirentur. Præterito pfecto si auditus sim uel fuerim auditus sis uel fueris auditus sit uel fuerit. & pluraliter si auditi simus uel fuerimus auditi sitis uel fueritis auditi sint uel fuerint. Præterito plusq̃perfecto si auditus essem uel fuissem auditus esses uel fuisses auditus esset uel fuisset. Et pluraliter si auditi essemus uel fuissemus auditi essetis uel fuissetis auditi essent uel fuissent. Vẽturo si auditus ero uel fuero auditus eris uel fueris auditus erit uel fuerit. Et pluraliter si auditi erimus uel fuerimus auditi eritis uel fueritis auditi erunt uel fuerint.

Infinitiuo modo tẽpore præsenti & præterito impfecto audiri. Præterito perfecto & plusq̃perfecto auditum esse uel fuisse Venturo auditum iri.

Sum quomodo declinatur?

Indicatiuo modo tẽpore præsenti sum es est. Et pluraliter sumus estis sunt. Præterito impfecto eram eras erat. Et pluraliter eramus eratis erant. Præterito perfecto fui fuisti fuit. & pluraliter fuimus fuistis fuerũt uel fuere. Preterito plusq̃perfecto fueram fueras fuerat. & pluraliter fueramus fueratis fuerant. Venturo ero eris erit. & pluraliter erimus eritis erunt.

Imperatiuo modo tẽpore præsenti sis uel es sit. Et pluraliter simus este sint. Venturo esto tu esto ille. & pluraliter simus estote sunto.

Optatiuo modo tẽpore præsenti & præterito impfecto utinam essem esses esset. Et pluraliter utinã essemus essetis essent. Præterito perfecto & plusq̃perfecto utinã fuissem fuisses fuisset. & pluraliter utinam fuissemus fuissetis fuissent. Venturo utinam sim sis sit & pluraliter utinã simus sitis sint.

Subiunctiuo modo tẽpore p̃senti si sim sis sit. Et pluraliter si simus sitis sint. Præterito impfecto si essem esses esset. & pluraliter si essemus essetis eẽnt. Præterito pfecto si fuerim fueris fuerit. & pluraliter si fuerimus fueritis fuerint. Præterito plusquãperfecto si fuissem fuisses fuisset. & pluraliter si fuissemus fuissetis fuissent. Venturo si fuero fueris fuerit. & pluraliter si fueri-

mus fueritis fuerint.

Infinitiuo modo tẽpore præsenti.& præterito impfecto esse. Præterito p/fecto & plusq̃perecto fuisse. Venturo caret & gerundiis atq; supinis.

Eo quomodo declinatur?

Indicatiuo modo tẽpore præsenti eo is it. Et pluraliter imus itis eunt. Præterito impfecto ibam ibas ibat. Et pluraliter ibamus ibatis ibãt. Præterito p/fecto iui iuisti iuit. & pluraliter iuimus iuistis iuerunt uel iuere. Præterito plusq̃perfecto iueram iueras iuerat. & pluraliter iueramus iueratis iuerãt. Venturo ibo ibis ibit. & pluraliter ibimus ibitis ibunt.

Imperatiuo modo tempore præsenti i eat. Et pluraliter eamus ite eant. Venturo ito tu ille. Et pluraliter eamus itote eunto.

Optatiuo modo tempore præsenti & præterito impfecto utinã irem ires ret. Et pluraliter utinam iremus iretis irent. Præterito perfecto & plusquã perfecto utinam iuissem iuisses iuisset. Et pluraliter utinam iuissemus iuis/setis iuissent. Vẽturo utinã eam eas eat. Et pluraliter utinã eamus eatis eãt.

Subiunctiuo modo tẽpore præsenti si eam eas eat. Et pluraliter si eamus ea/tis eant. Præterito imperfecto si irem ires iret. Et pluraliter si iremus iretis irent. Præterito pfecto si iuerim iueris iuerit. Et pluraliter si iueremus iue/ritis iuerint. Præterito plusquãperfecto si iuissem iuisses iuisset. Et plurali ter si iuissemus iuissetis iuissent. Venturo si iuero iueris iuerit. & pluraliter si iuerimus iueritis iuerint.

Infinitiuo modo tempore præsenti & præterito imperfecto ire. Præterito perfecto & plusq̃perfecto iuisse. Venturo itum ire uel iturum esse.

Gerundia uel participialia nomina sunt hæc. eundi eundum eundo.

Supina sunt hæc itum itu.

Verbo impersonali indicatiuo modo tempore præsenti pœnitet. Præteri/to imperfecto pœnitebat. Præterito perfecto pœnituit. Præterito plusq̃ perfecto pœnituerat. Venturo pœnitebit.

Imperatiuo modo tempore præsenti pœniteat. Venturo caret.

Optatiuo modo tempore præsenti & præterito imperfecto utinam pœ/niteret. Præterito perfecto & plusquãperfecto utinam pœnituisset. Ven. turo utinam pœniteat.

Subiunctiuo modo tẽpore p̃senti si pœniteat. Præterito imperfecto si pœniteret. Præterito p̃fecto si pœnituerit. Præterito perfecto & plusquãperfecto si pœnituisset. Venturo si pœnituerit.

Infinitiuo modo tempore præsenti & præterito imperfecto pœnitere. Præterito perfecto & plusquãperfecto pœnituisse. Venturo caret.

Verbo impersonali. Indicatiuo modo tempore præsenti itur. Præterito imperfecto ibatur. Præterito p̃fecto itum est uel fuit. Præterito plusquãperfecto itum erat uel fuerat. Venturo ibitur.

Imperatiuo modo tempore præsenti eatur. Venturo caret.

Optatiuo modo tempore præsenti & præterito imperfecto utinam iretur. Præterito perfecto & plusquãperfecto utinam itum esset uel fuisset. Venturo utinam eatur.

Subiunctiuo modo tempore præsenti si eatur. Præterito imp̃fecto si iretur. Præterito perfecto si itum sit uel fuerit. Præterito plusquãperfecto si itum esset uel fuisset. Venturo si itum erit uel fuerit.

Infinitiuo modo tẽpore præsenti & præterito imperfecto iri. Præterito perfecto & plusquãperfecto itum esse uel fuisse. Venturo itum iri.

De Participio.

Quid est participium? Est pars orationis declinabilis: quæ pro uerbo accipitur genus & casum habens ad similitudinem nominis. A uerbo autẽ tempora & significationes. Ab utroq; numerum & figuram.

Vnde dicitur participiũ? A parte & capio: quoniam partem capit nominis partemq; uerbi.

Participio quot accidũt? sex. genus. casus. tẽpus. significatio. nũerus & figura.

Quot sunt genera participiorũ? quattuor. masculinũ: ut amatus. fœmininũ: ut amata. neutrum: ut amatum. omne: ut hic & hæc & hoc amans.

Quot sunt casus participiorũ? sex. Nominatiuus: ut hic & hæc & hoc amãs. Genitiuus: ut huius amantis. Datiuus: ut huic amanti. Accusatiuus: ut hunc & hanc amantem & hoc amans. Vocatiuus: ut o amans. Ablatiuus: ut ab hoc & ab hac & ab hoc amante uel amanti.

Quot sunt tempora participiorum? quinq;. Præsens & præteritum imper

fectum simul:ut amans. Preteritum perfectum & plusq̃perfectum simul ut amatus. Venturum per se:ut amaturus & amandus.

Quot sunt significationes participiorum? quinq;.actiua.passiua.neutra.cõmunis.& deponens.

Amans cuius significationis est? actiuæ.quare? quia ab actiuo uerbo uenit.

Amatus cuius significationis est? passiuæ.quare? quia a uerbo passiuo uenit.

Egens cuius significationis est? neutrius.quare? quia a uerbo neutro uenit.

Largitus cuius significationis? cõmunis.quare? quia a cõmuni uerbo uenit.

Sequẽs cuius significatiõis? deponẽtis.quare? quia a deponẽti uerbo uenit.

Quot sunt numeri participiorũ? duo.singularis:ut amãs.pluralis:ut amãtes.

Amans cuius numeri? singularis.quare? quia singulariter profertur.

Amantes cuius numeri? pluralis.quare? quia pluraliter profertur.

Quot sunt figuræ participiorũ? duæ.simplex:ut legẽs.decõposita:ut plegẽs.

Legens cuius figuræ? simplicis.quare? quia simpliciter profertur.

Perlegens cuius figuræ? decompositæ.quare? quia non per se componitur: sed a composito uerbo perlego deriuatur. Illa tamen uidentur esse per se composita:quæ non seruant suorũm uerborum compositionis compaginem:ut effractus.contactus.

Amans quomodo declinatur?

Accuſo te repetundarum & de repetundis pecuniis. Sic damno.

Do litteras ad te Piſoni: hoc eſt mitto per Piſonem.

Mitto. allego. ſcribo. litteras ad te.

Accommodo tibi de domo.

Refero ad ſenatum: hoc eſt in conſultationem pono.

Condono te hanc rem:& tu condonaris a me hanc rem:more prisco.
Facio te certiorem de hac re & huius rei.
Animaduerto hunc:hoc est iutueor hunc.
Animaduerto in hunc:hoc est punio hunc.
Sentio te:sed raro sentior a te.
Sisto te:hoc est firmo.adduco.repræsento.
Et simplex præterito caret atq; supino.
Admoneo te rerum.
Abstineo irarum.
Desino querelas & querelarum.& absolute quoq; ponitur.
Timeo a Thaide:hoc est:ne Thais sit causa mei mali.
Timeo de te & tibi.idest:ne male habeas.
Caue tibi.caue hunc.caue hoc.caue facias.caue ne facias.
Sufficio hanc rem tibi.
Tantum ualent carmina:hoc est possunt plus ualent.
Hic satagit rerum suarum:hoc est curiosus non est.
Consuesco cum illa.
Assuesco pacem animo.
Expostulo tecum de his rebus:hoc est conqueror.
Inuideo huius rei.
Hoc uacat:idest superfluum est.
Pecunia uacat tibi:idest deest.
Pecunia abundat tibi.
Proficio aliquid
Studeo aliquid.
Anteeo.antecedo tibi & te.
Præsto omnibus & omnes.
Soluo tibi pecuniam pro libro.
Interdico tibi aqua & igni.
Interdictus es aqua & igni.
Interdictum est tibi aqua & igni.quod melius est.
Dies me deficit.

Indulgeo me:more prisco
Hæc pudent te:more prisco.
Horreo mortem.
Abhorreo a morte.
Doleo de amico rapto.
Dolet caput mihi.
Conscientia tua non latet:non fugit:non præterit deum.
Calleo ardeo militiam.figurate.
Equus luxuriat toris:hoc est superabundat.
Equus luxuriatur:idest libidinosus est.
Partio prouincias.
Partior prouincias.
Impartio te salute.
Impartio tibi salutem.sic Impartior:idest partem do.
Mutuo tibi pecuniam:idest mutuo do.
Mutuor pecuniam abs te:hoc est mutuo accipio.
Fœnero tibi pecuniam:hoc est do ad usuram.
Fœneror pecuniam abs te:hoc est accipio ad usuram.
Pasco & pascor ꝓprie sunt bestiarũ:raro hominũ.sic cõstruũtur in oratione.
Pasco oues herbis.
Oues pascunt & pascuntur in pratis.
Oues pascuntur herbas & herbis.
Et nonnunq̃ me pascunt oliuæ.
Minor tibi mortem.
Fungor officium.figurate.
Abutor operam.figurate.
Potior patria bona.figurate.
Miror tuæ iusticiæ.
Decipior laborum.
Egredior urbe & urbem.
Ego uideor.mihi uideor.mihi uidetur.
Stipulor a te:hoc interrogo te:& interrogor a te.

Quot sunt uerba anomala? Sunt multa: sed hæc in primis. Sum. uolo. fero. & edo: & ab eis composita atq; fio.

De Sum uerbo (quia in primo fonte declinauimus) nihil aliud hic attinet cō memorare: Nisi quod prosum ab eo compositum ubicūq; uocalem habe ret ante uocalem: intercipit: d. litterā causa euphoniæ: hoc est bonæ sono ritatis: ut prodes. prodest. possum uero itidem compositum. t. litterā ad mittit: ubi amittit. ss. ut potes.

Volo sic declinatur. Vis uult uolumus uultis uolunt. Imperatiuo modo & uenturo infiniti caret. uellem & uelim & uelle. In reliquis tertiæ coniuga tionis formā sectatur. Malo mauis mauult mauultis: ut uolo uis uult: nisi quod caret futuro indicatiui. Nolo nōuis nonuult nonuultis. Impatiuo modo tēpore præsenti. noli & nolite. Vēturo nolito. In reliquis patrizat.

Fero fers fert fertis. tuli alienum. fer ferte. ferto fertote. ferrē. ferre. latū latu. In reliquis tertiam imitatur coniugationē. Feror ferris uel ferre fertur. fer te. fertor. ferrer ferreris uel ferrere ferretur. ferremur ferremini ferrentur. ferri. Aufero in præterito perfecto facit abstuli. in supino ablatum. In re liquis primitiuum sequitur.

Edo es est. edi es. este estote. utinā & si essem esses esset. essemus essetis essēt. esse. esum uel estum. In reliquis tertiæ cōiugationis formam retinet. regu lariter quoq; totum potest declinari. sic ab eo cōposita: ut comedo & am bedo faciunt.

Fio fis fit. fimus fitis fiunt. fiebam. factus sum uel fui. factus erā uel fuerā. fiam. Imperatiuo modo tempore præsenti fi fiat. Et pluraliter fiamus fite fiaut. Venturo esto tu esto ille. Et pluraliter fiamus estote sunto. Vtinam fierē. utinam factus essem uel fuissem. utinā fiam. Si fiam. si fierem. si factus sim uel fuerim. si factus essem uel fuissem. si factus ero uel fuero. fieri. factū esse uel fuisse. factum iri.

Orior. morior. pottor. in secūda & tertia persona modi indicatiui temporis præsentis numeri singularis sunt tertiæ & quartæ cōiugationis. tertia tamē est certa. In tēpore uero presenti modi infinitiui: orior & potior sunt eius dem quartæ. Morior autem tertiæ. In reliquis eidem tertiæ seruiūt. in pte rito perfecto faciūt ortus. mortuus. potitus. penultima longa. sum uel fui.

hæc omnia uerba in constructione suas seruant regulas.

Pluit pluuit. tonat tonuit. ningit ninxit. fulminat fulminauit. grandinat grã dinauit. serenat serenauit & similia nõ habẽt plærũq; nisi tertiam personã singularem. & uolunt ante se nominatiuũ deus: cui soli conueniũt. & post se accusatiuum: ut deus serenat cælum. leges tamẽ pluuisse lapidibus sine supposito. non incongrue etiam dixeris: grando pluit ex aere: & tũc est ab solutum. & singulariter & pluraliter flecti potest. non tamen de aliis sic te neas. Ningit uero & suppositum & appositum renuit.

Memini sic declinatur. Præterito perfecto memini meministi meminit. Et pluraliter meminimus meministis meminerunt uel meminere. Et sic ha/bet omnia tempora. quæ a præterito nascũtur: scilicet memineram. memi nissem. meminerim. meminero. meminisse. In imperatiuo habet uenturũ memento. & pluraliter mementote cum sensu præsentis atq; uẽturi. In re liquis temporibus deficit. Eodem modo uariãtur. odi. noui. cœpi. nisi ꝙ hæc penitus carent imperatiuo modo. habent autẽ sensum præsentis præ teritiq;. sic in reliquis temporibus sensum duplicare possunt.

Quæso hoc est rogo quasi iam relictum. & cædo idest dic penultima breui. & ausim: hoc est audeam duntaxat legitur.

Faxo faxit. & pluraliter faxint. hoc est. faciam facies faciet. facient. & faciam facias faciat. faciant.

Aio ais ait aiunt. aiebam aiebas aiebat. aiebant. Præterito perfecto ait. Impe peratiuo ait. idest dic. aiamus. idest dicamus. Inquam inquis inquit. inqui mus inquiunt. Preterito perfecto inquã inquisti inquit. Venturo inquies inquiet. Impatiuo inque: hoc est dic. Quæ omnia uerba supradicta a me/mini hucusq; uolunt ante se nominatiuũ rei agẽtis & post se accusatiuum rei patiẽtis: nisi quod memini etiam potest sumere genitiuum & ablatiuũ cum de: ut Cælius meminit cælum. & cæli & de cælo. Et passiuis carent.

Impatiuo salue. Et pluraliter saluete. Infinitiuo saluere. Aue auete aueto aue re. & infit: hoc est loquitur. Forem fores foret forent. pro essem esses esset essent. Infinitiuo uenturo fore: hoc est futurum esse. & in constructione cũ nomine nõ cum participio iungendũ est: ne duo participia simul iũcta cõ fusionem pariant: ut scio te fore probum nõ probãdum: nisi probandum

transseat in uim nominis:idest probabilem. sed affore & consore. hoc est affuturũ esse. persore pro futurũ esse. desore desuturũ esse. fere nuda prose runtur:idest sine nomine & participio:ut puto. non desore qui mihi inui deat. persore autem idem est quod fore. fuat:hoc fuerit. Quat idest trium phat:nec plus habet usus. Hæc autem uerba sunt absoluta & similium co/pulatiua:ut o cæli salue. Vtinam ego forem sanctus.

De Deriuatiuis uerbis.

Quot sunt species uerborum deriuatiuorum de quibus tractare intendis? Sunt quinq; Inchoatiua. Meditatiua. Frequẽtatiua. Desideratiua. & Dimi nutiua.

Quid est uerbum inchoatiuum? Est quod in co. desinit & initium actus uel passionis sui primitiui significat:ut præscisco:hoc est incipio prescire:& ca lesco:hoc est incipio calere.

Quomodo formatur uerbum inchoatiuũ? Formatur plærũq; a uerbis neu tris reciproce absolutis:necnõ ex aliis uerbis:sed raro a secũda psona præ/sentis indicatiui modi sui primitiui addita co. ut labo labas labasco. Caleo calesco. horreo horresco. tabeo tabesco. crebreo crebresco. cõualeo conua lesco. a ualeo tamẽ nõ fit ualesco. pertimeo pertimesco. cupio cupisco. scio scisco inusitatum. inde descisco. assisco. rescisco. concisco. præscisco usitata. sentio sentisco. dormio dormisco. integro integrasco. Aegresco tamen mi seresco. uesperasco. fiũt ab ægreo ægres. misereo miseres. uespero uesperas que tria primitiua nõ sunt in usu. sic alia eiusmodi reperies: ut ignesco. cru/desco. senesco. iuuenesco. lẽtesco sine primitiuis. Excipitur hio hias: quod hisco nõ hiasco facit:unde fatisco & dehisco. Omnia uerba inchoatiua ter tiæ sunt cõiugationis:& neutra sunt:& passiuis in or & præteritis perfectis suis carent atq; supinis. Vtuntur autem preteritis & quãdoq; supinis suo℞ primitiuorum:sed tunc procul dubio & psæpe alias idem significãt: quod primitiuum: ut fluctus albescit:hoc est albet: quod albeo est in raro usu. Fluctus tamẽ integrascit idẽ est:quod renouat crescitq; & augescit augetur hæc enim duo ab actiuis habẽt significationẽ passiuã aliaq; uerba eiusdem

naturæ forte comperies:ut gelasco:idest incipio gelari:uel gelidior fio.

Quid est meditatiuum uerbum? Est quod in.urio.desinit.& cum primitiuo suo meditationem significat:& quãdoq; habet tantũ sensum sui primitiui: ut lecturio.idest meditor legere & lego.

Quomodo formatur? Ab extremo supino sui primitiui uerbi.u.breuiata & assumpta rio.ut Lectu lecturio.Esu esurio. Mictu micturio. Partu ꝑturio. Amatu amaturio. Nuptu nupturio. Dictu dicturio. Dictatu dictaturio. Cænatu cænaturio. & Scaturio a scateo sine supino. Oĩa meditatiua sunt coniugationis quartæ:& præteritis perfectis carent atq; supinis Exurio tamen esuriui uidetur habere.Etiam neutra sunt:& passiuis in or.carẽt. Constructionemq; seruant suorum primitiuorum.

Quid est frequentatiuũ uerbum? Est quod in to.uel in so.uel in xo.t.littera quandoq; his assumpta desinens: frequẽter significat cum suo primitiuo: ut curso.idest frequenter curro.

Quomodo formatur? Ab ultimo supino sui primitiui mutata.u.in o.uel in or.ut domitu domito.dictu dicto.mersu merso.cursu curso.flexu flexo. amplexu amplexor. Si uero sint primæ coniugationis uerba a quibus formantur frequentatiua:& habeant in supino.a.penultimã:mutãt eam in.i. correptam:ut rogatu rogito.uolatu uolito.cursatu cursito.dictatu dictito. minatu minitor. Nato tamen.a.breuem reseruat. Si uero præteritũ primitiui in gi.terminatur:formatur freqnẽtatiuum a secunda persona singulari præsenti indicatiui modi remota.s.& addita to:ut ago agis agito.cogo cogito.fugio fugito. A lego tamen nõ formes legito:sed lectito a lecto:quod lecto simplex nõ est in usu. Nam frequẽtatiua in duos & tres gradus deducunt uerbũ: ut impero.imperito dico.dicto dictito. sic facio facto factito. hæreo hæso hæsito.edo eso esito.uenio uento uentito.sed facto hæso.eso & uẽto simplicia sunt inusitata. Quæro quoq; & nosco formãt sua frequẽtatiua ab eadem secũda ꝑsona quærito & noscito.dicitᷣ & noto penultima breui. Aegroto fit ab ægro: quod ægreo nõ est ĩ usu:ut dixi & fluito a fluo fieri uidetur: unde est participiũ fluitans. Sequor sector facit ꝑ syncopem. Omnia frequẽtatiua sunt primæ cõiugationis:& genus & structurã seruãt suoꝝ primitiuorũ:ut lego legor lectitor.minor minitor liceor sine supino

licitor amplector amplexor. preter scitor & sciscitor & arguor: quæ depo nentia sunt: quis scio & arguo sint actiua. Raro tamen a uerbis in or desinē tibus fiunt frequentatiua uerba.

Quid est desideratiuum uerbum? Est quod in so desinit: & cum infinito sui primitiui cupio significat: ut uiso: idest cupio uidere. facesso: idest cupio fa cere. petesso cupio petere. capesso cupio capere. lacesso cupio lacerare: qđ est prouocare. Potest etiam trahi a lacit: idest decipit. arcesso cupio accire: quod antiqui arcire dicebāt. hæc coniugationis sunt tertiæ: nec certam ha bent significationem. Et constructionē suorum retinent parentum.

Quid est diminutiuum uerbum? Est quod in lo. desinit: & habet sensum pri mitiui cum parum: ut sorbillo parū sorbeo. garrulo parum garrio. cauillo pro caluillo parum caluo: idest decipio: quæ caluo & cauillo in raro sunt usu. Caluor autem te proprie est frustror te. Et cauillor est dolose iocor & calūnior. Sugilo parū sugo: quæ sunt primæ cōiugationis: & construuntur ut sua primitiua.

Sunt ne aliæ deriuatiuorum uerborum terminationes? Sunt in co. scilicet: ut albico ab albeo. uellico a uello. fodico a fodio. Nutrico & nutricor ī eadē significatiōe a nutrio. In so & in zo: ut a patre patrisso & patrizo. A græco græcisso & græcizo & græcor: idest imitor mores græcos. Sic a philoso pho philosophor. sic uacillo a baeillo uel a uaco uacas. Et alia permulta re peries uerba eodem modo nata: quæ sunt primæ coniugationis sine ulla certa formatione: & a suis primitiuis significationem capiunt: ut prata albi cant pruinis idest albent.

Nota ꝙ hæ omnes species deriuatiuorum uerborum nō sunt ab omnibus uerbis in usu. Nam gaudeo. calleo. mæreo. carēt deriuatiuis. sic multa alia. Et ut plurimum idem signant quod sua priuitiua.

Dixitmus de uerbis personalibus: quoad fieri potuit. iam sequitur ut uerba impersonalia explicemus.

Quid est impersonale uerbum? Est quod certis numeris & ꝑsonis caret: & siue transitiue proferatur seu intrāsitiue: obliquis casibus iungi potest: per quos loco perfecti uerbi accipitur: ut miseret me tui. statur a me.

Quot in partes distribuitur impersonale uerbum? In duas: in impersonale

actiuæ uocis & passiuæ uocis.
Quid est impersonale actiuæ uocis? Est quod in t. desinit: ut miseret.
Quot sunt formæ impsonalium uerborum actiuæ uocis? Sunt quinq3. prima. secunda. tertia. quarta. & quinta.
Quæ sunt impsonalia uerba actiuæ uocis primæ formæ? Sunt hæc: quæ uolunt ante se genitiuū rei patiētis: & post se infinitiuum: ut Cæsaris interest largiri. Exceptis quinq3 primitiuorū pronominū genitiuis mei. tui. sui. nostri. uestri. quorum loco ponimus hos ablatiuos deriuatiuos. mea. tua. sua nostra. & uestra. in quibus subaudi in re: idest i utilitate: ut mea interest discere. dicimus etiam cuia interest discere: ut cuius. Est tamen pro interest: idest pertinet: sic cōstruitur. meum tuum nostrum uestrum. illius est ignoscere ueniam petenti.

Interest	interfuit	
Reert	rettulit	per pertinire e per esser utile

Quando uero nō habent post se infinitum: sunt personalia: & uolunt ante se nominatiuū rei agentis & post se genitiuum rei patientis: ut liberalitas interest Cæsaris. Exceptis supradictis quinq3 genitiuis: quorū loco ponimus antedictos ablatiuos: ut uirtus interest mea. & cuia uel cuius interest uirtus. & id tua refert. carentq3 tunc prima & secunda psona. Inuenies præterea ad nostram laudem interest: idest pertinet. Et stulto intelligens interest. & hoc pater ac dominus interest: hoc ē differt. & nihil refert. Et parui. magni. tanti. quāti & multū. & plus refert interest. Refert autē quādoq3 datiuo potest iūgi: ut Horatius. Quid refert intra terminos naturæ uiuēti?
Quæ sunt impersonalia uerba secundæ formæ? Sunt hæc fere: que uolunt ante se datiuum rei patientis & post se infinitum: ut pueris placet ludere

Placet	placuit	
Libet	libuit	per piacere
Displicet	diplicuit	per despiacere
Licet	licuit	per esser licito
Contingit	contigit	
Accidit	accidit	
Euenit	euenit	per euenire
Conuenit	conuenit	per conuenire

Constat	constitit	
Liquet	sine preterito	per essere manifesto
Vacat	uacuit	per piacere e per hauere tempo
Expedit	expediuit	
Conducit	conduxit	per essere utile

Quando uero habent post se infinitum: sunt psonalia: & uolunt ante se nominatiuum rei agentis: & post se datiuũ rei patiẽtis: ut ludus placet pueris.

Que sunt impersonalia uerba tertie forme? Sunt hec fere: que uolunt ante se accusatiuum rei patientis: & post se infinitum: ut poetã delectat canere Infinitum tamen tanq̃ nomẽ uidetur capi: & a parte anteriore regi: & obliquus a parte posteriori: sic & in supradictis impersonalibus.

Delectat	delectauit	
Iuuat	iuuit	per delectare
Decet	decuit	per conuenire
Dedecet	dedecuit	per disconuenire
Oportet	oportuit	per fare mistero

Quando autem non habent post se infinitiuum: sunt personalia: & uolunt ante se nominatiuum rei agentis: & post se accusatiuũ rei patientis: ut poema delectat poetam. Sed oportet casu non eget.

Que sunt impsonalia uerba quarte forme? Sunt hec: que semper sunt impsonalia. Et uolunt ante se accusatiuum rei patiẽtis: & post se genitiuum rei agentis uel infinitiuum: ut me tedet inscientie: uel nescire. Miseret tamen post se respuit infinitum.

Tedet	pertesum est uel fuit	
Piget	piguit	per recrescere
Pudet	puduit	per uergognarse
Suppudet	suppuduit	per uergognarse poco
Pœnitet	pœnituit	per pentirse
Miseret	misertũ est uel fuit	per hauere compassione.

Que quidem omnia uerba uenturo impatiui & infinitiui modi carent. Preterea libet. licet. decet. dedecet & oportet. etiam psonalia deficiunt prima & secunda persona in utroq; numero.

Quæ sunt impersonalia uerba quintæ formæ? Sunt hæc: quæ uolunt ante se ablatiuum cum præpositione a uel ab rei agentis & post se datiuum rei patientis: ut a bonis benefit bonis.

Benefit	benefactum est uel fuit	el se fa bene
Malefit	malefactum est uel fuit	el se fa male
Satisfit	satisfactum est uel fuit	el se satisfa

Quid est impsonale uerbum passiuæ uocis? Est quod formatur a uerbis in o. exeuntibus a tertia persona indicatiui modi numeri singularis temporis præsentis addita ur: ut sto stas stat statur: & nunq̃ infinitis adiungitur.

A quibus uerbis descendit impsonale passiuæ uocis? A uerbis actiuis & neu tris quintæ formæ raro & quasi nunq̃: quia habent passiua. A uerbis neu/tris quibusdam tertiæ formæ: & a uerbis neutris quartæ & septimæ formæ frequenter & quasi peculiariter: quia nunq̃ uel raro habent passiua: ut scri bitur. turbatur. disputatur. succeditur. inuidetur. curritur. itur.

Quomodo construitur uerbum impersonale passiuæ uocis? Nullum uult natura sua ante se casum neq; post se: quia infinite & intrãsitiue & absolute intelligitur: ut quid agitur? statur: cui si addideris ablatiuum ante: tunc sun gitur uice uerbi perfecti: ut statur a me: idest ego sto. Transitiue etiam ca/pitur: & tunc potest ante se admittere ablatiuũ cum a uel ab præpositione rei agentis: & post se datiuum rei patientis in uerbis neutris tertiæ & quar tæ formæ: ut tibi succeditur a me. & tibi respondetur a me. in reliquis non requirit post se casum.

Quomodo construuntur infinita uerba?

Si sint infinita uerborum personalium uolunt ante se accusatiuũ: qui quidẽ esset nominatiuus uerbi sui personalis & finiti: & post se casus suorum uer borum: ut Cæliũ optare cælum est iustũ. Et Gabriel gaudet cælum optari a cælio. Si uero sint infinita uerborũ impsonalium: uolunt ante se & post se casus suorum uerborum. ut bonum est malos pœnitere maliciæ. & stari a me est utile: & mihi succedi a te cupio.

Quid interest infinitum uerbi impsonalis passiuæ uocis infinito uerbi pso/nalis passiui? Quod illud simpliciter sine aliqua suppletione in infinitũ actiuæ resoluit: ut stari a me uolo: pro stare uolo. hoc autẽ uult accusatiuũ

patientē ſibi ſubaudiri:ut a me amari uolo:ideſt uolo aliquid amari a me.

Quid proprie ſignificat infinitum? Significat ipſam rem:quam ipſum uerbum continet:ut utile eſt legere:ideſt utilis eſt lectio.

Quæ ſunt uerba infinitis ſeruientia? Sunt hæc:quæ ſi cōponantur cum infinitis uerborum perſonalium:ſunt perſonalia.ſi infinitis uerborum impſonalium:ſunt imperſonalia.Et eoſdem caſus uolunt ante & poſt:quos uerba illorum infinitorum:ut ego incipio amare uirtutem.a me uirtus poteſt amari.Ego deſino ſeruire uitiis.Ego debeo lætari ſcientia.Ego uolo experiri laborem.& ego incipio me tedere uitii.& incipit me tedere uitii.& me incipit tedere uitii.& ego uolo ſtari a me.& uult ſtari a me.& a me uult ſtari.quæ quidem coniuncta ideſt ſine nominatiuo ante coniunctū poſſunt declinari:ut incipit tedere.incipiebat tedere:& ſeparata.ſcilicet quādo ante habent nominatiuum ſeparatim:ut ego uolo te pœnitere.

Incipio	incepi	per cominciare
Deſino	deſini	per ceſſare
Poſſum	potui	per potere
Soleo	ſolitus ſum uel fui	per ſolere
Volo	uolui	per uolere
Debeo	debui	per douere.

Sunt ne uerba:quæ infinitis poſſint coniungi? Sunt multa: ſed frequēter uoluntaria uel affectiua: ut opto.cogito.cupio.deſidero.timeo.ſtudeo.arbitror:ut opto legere.præterea uideor:ut uideor ſcire.uideor eſſe bonus.

Gerundia & ſupina quam naturam habent? hæc proprie neq; numeros nec perſonas nec genera diſcernunt:nec tempora poſſident. Et caſus tanq̄ nomina ſibi uendicat.Et pro infinitis uerborum ſumuntur.Et ſententia Seruii honorati gerundia cōmunem habent ſignificationem. Secundū uero Priſcianū ueniētia ab actiuis uerbis & cōmunibus cōmunem habēt ſignificationem.A neutris autē & deponētibus ſimplices retinent ſignificatiōes.

Gerundia quot uoces habent? Tres.unam in di.alteram in dum.& tertiā in do:ut amandi amandum amando.eundi eundum eundo. largiendi largiēdum largiendo.utendi utendum utendo.

Quæ ſunt uerba:quæ gerundia & ſupina habere poſſunt? Sunt uerba perſo

nalia cuiusuis generis. Excipiuntur pleraq; uerba: quippe quæ gerundia sine supinis retinét: ut metuo. langueo. medeor. pertimesco. lecturio: & similium formarum uerba.
Excipiuntur quoq; anomala quædá uerba: ut sum. uolo. fio. Et defectiua omnia: ut memini. odi. noui. cœpi. Aio salue quippe quæ utrisq; carent.
Quid impersonalia utriusq; uocis: habent ne gerundia & supina?
Nulla habent gerundia nullaq; supina. Inuenies tamen placitum. licitum. libitum. pertesum. misertum est. & pœnitédum. & quádoq; pudendum. pigendum. miserédum: quæ quidem & a personalibus tracta esse uidentur. In his omnibus si usum consulueris: non errabis.
Gerundium in di. terminatum cuius casus? Genitiui.
Quomodo cóstruitur? Ante se nullum quærit casum: sed post se potest habere casus sui uerbi. Sepius tamé absq; casu profertur: & a substantiuo nomine depédet: & quádoq; ab adiectiuis præsertim a uerbis deriuatis: ut ardeo cupiditate uidendi te. & tempus est tacendi. tu es peritus disputádi. & auidus discendi. certus eúdi. Iungitur præterea genitiuo singulari & nonnunq̃ plurali: ut oro causa defendendi tui & uestri. & copia est uidendi huius & horum.
Gerundium in dum. cuius casus? Accusatiui.
Quomodo cóstruitur? Ante se nullum quærit casum: sed post se potest habere causus sui uerbi. Sæpius tamé absq; casu profertur: nunc sine præpositione: sic. Mihi eundum est: hoc est necessarium ut eam. Et nobis pacem ab rege petédum est: hoc est necessarium ut petamus. Nunc cum præpositione sic: cum inter: ut intercænádum: hoc est dum ceno. cum ante: ut antedomandum: hoc est anteq̃ sit domandi tempus. Et cum ob uel propter. ut ob te docendum uel propter te docendum laboro: hoc est: ut te doceá ob legédum libros emi: hoc est ut legam. Et cú ad: ut paratus sum ad intelligendum: hoc est intelligere. & hoc est est facile ad intelligendú: idest itelligi. Et quando significat motum ad locum: ut eo ad salutandum sororem.
Gerundium in do cuius casus? Ablatiui.
Quomodo cóstruitur? Ante se nullum quærit casum: sed post se potest habere casus sui uerbi. Sæpius tamen absq; casu profertur: nunc sine præposi

tione sic:uritur equus equam uidendo:hoc est dum uidet:uritq; uidendo foemina:hoc est dum uidetur. Soluẽdo nõ possum:hoc est soluere nõ possum. Et cum præpositione sic:cum in:ut in loquendo sis parcus. cum de:ut de nauigando cogito. cum ex uel e: ut ex negociando q̃ ex otiando maior fructus percipitur. cum cum:ut ratio recte scribendi iuncta cum loquẽdo est. cum a uel ab:ut amor ab amando dicitur. a scribendo nemo me deterret. non utimur tamen hoc gerundio cum a uel ab cum uerbis significantibus motum de loco:ut redeo a scribendo. ab ædificando. potius dicas redeo a scriptione. ab ædificatione.

Hæc gerundia possuntne fieri nomina mobilia in dus. da. dum?

Sane. & tunc passiue proprie capiuntur:& simili casui nominis substãtiui cohærent:cum quo cõueniunt in genere numero & casu:ut agẽdæ rei & agẽdarum rerum curam gero. exponendæ lectioni & exponẽdis lectionibus uaco ad discẽdam uirtutem & discẽdas uirtutes pergo:& sine præpositiõe discendas uirtutes curaui. a legendo poemate & a legendis poematis me deterres. Ne dicas tamen cum uerbis significãtibus motum de loco a legẽdo poemate & a legẽdis poematis uenio: potius dic a lectione poematis & a lectione poematon uenio.

Supinum in um. cuius casus? Accusatiui.

Quomodo construitur? Ante se nullum quærit casum: sed post se potest habere casus sui uerbi. Sæpius tamen absq; casu profertur & sine præpositione:ut propria nomina locorũ:& motum ad locũ:& quasi semper actionem significat:ut quesitum æneam propero. idest ad querẽdum. & eo uenatum:idest uænandum. & spectatum admittor:idest ad spectandum.

Supinum in. u. cuius casus? Ablatiui.

Quomodo construitur? Nullum prorsus regit casum. & quasi semper passionem significat: proferturq; sine præpositiõe:& ab adiectiuo ut plurimũ depẽdet:ut dignum cognitu:hoc est ut cognoscatur. & mirabile uisu: hoc est dum uidetur. dicitur & nefas dictu: quod tamẽ uicem seruat adiectiui. & rarissime & quasi nunq̃ motum de loco significat:ut cubitu surgo.

FINIS SECVNDI FONTIS.

Tertius fons continet de aduerbiis localibus.
De participio.
De relatiuo.
De comparatiuo.
De superlatiuo.
De figuris.
De patronomico nomine.
De distributiuo nomine.
De quis & qui quomodo componuntur: & in constructione ponuntur: & inter se differunt.
De heteroclito nomiue.
De ortographia quãtum ad compositionem dictionũ cum præpositionibus pertinet.

Gabrielis Paueri Fontanæ Placentini grammaticalis. Fons Tertius.

Iohannes Cælius.

Vt mihi iam terni fontis præcepta recludas.
Quæ promisisti: Te rogo care pater.
His ego proh quantum tibi me debere fatebor:
Sic tandem cælum consequar ipse meum.

Gabriel.

En lege: quæ poscis terni præcepta libelli.
Iam cæli cælum concipe mente tuum.
Illic inuenies patriam uerumq; parentem:
Illic æterno tu potiere bono.
Hoc tibi uera dabit uirtus: moresq; probabit
Pallidiæq; artes consiliumq; meum.



Vot sunt aduerbia localia: que dicuntur interrogatiue. relatiue. & infinite? Sunt sex. ubi significans in loco. quo ad locum. unde de loco. qua p locum: quæ quattuor sunt simplicia. & quorsum significans locũ uersus. & quousq; usq; ad locũ uel usq; ad tẽpus: quæ duo sunt cõposita. alterum ex quo & uersum. & alterũ ex quo & usq;.

Quomodo dicuntur interrogatiue? Vt ubi fuisti.
Quomodo relatiue? Fui illic ubi tu fuisti.
Quomodo infinite? Nescio ubi fuerim.

Ad interrogationem factam per ubi per quæ aduerbia respondebitur? Per aduerbia significãtia in loco. hic. illic. istic. peregre. intus. foris. ubi. uspiã. usq̃. nusq̃. & per cõposita ab ibi & ubi. ut alibi. ibidẽ. alicubi. necubi. ubiq;. ubilibet. ubiuis. ubicunq;.

Ad interrogationem factam per quo: per quæ aduerbia respondebitur? Per aduerbia significantia ad locũ. huc. illuc. istuc. peregre. intro. foras. uspiã. usq̃. nusq̃. alio. illo. eo eodem. & per cõposita a quo: ut aliquo. nequo. quocunq;. quouis: quolibet.

Ad interrogationem factam per unde: per quæ aduerbia respondebitur? Per aduerbia significantia de loco. hinc. illinc. istinc. peregre. inde. & per cõposita ab unde: ut aliunde. nequunde. aliquũde. undiq;. undecũq;. undelibet. undeuis.

Ad interrogationem factam per qua: per quæ aduerbia respondebitur? Per aduerbia significãtia per locum: hac. illac. istac. alia illa. ea. eadem. & per composita à qua: ut nequa. quacunq;. quauis. & qualibet.

Ad interrogationem factam per quorsum. p quæ aduerbia respõdebitur? Per aduerbia significãtia locum. uersus. horsum. illorsum. istorsum. sursum. deorsũm. dextrorsum. sinistrorsum. introrsum. retrorsum. aliorsum. & per composita a quorsum: ut aliquorsum. nequorsum.

Ad interrogationem factam per quousq;: per quæ aduerbia respõdebitur? Per aduerbia significantia usq; ad locum uel usq; ad tempus: ut hactenus. hucusq;. illucusq;. istucusq;.

Quomodo hæc aduerbia localia in constructione ponuntur. Redditiue: reddũtur enim (ut uidisti) supradictis sex aduerbiis localibus interrogatiuis: Vt ubi fuisti? fui hic. illic. Et aliqua ex eis relatiue locari possunt: ut in curia fuisti: & ego quoq; illic fui. Et pro nominibus nõnunq̃ sumuntur: ut genus unde latinũ: unde idest ex quo. Et pro temporalibus & ordinatiuis aduerbiis: ut hic pro tunc: & inde pro deinde.

Nomina ꝑpria oppidorũ (qñ aduerbialiter sumũtur) quã structurã habẽt?

Quando significant in loco (si sint primæ uel secundæ declinationis) debēt poni in genitiuo: ut Gabriel natus est Placentiæ: & nutritus Mediolani. Si uero sint tertiæ declinationis aut tantū pluraliter declinata in ablatiuo sine præpositione: ut ego fui Carthagine & Venetiis. Comperies tamen Carthagini in datiuo: quod forte melius est.

Quando significant ad locum: debent poni in accusatiuo sine præpositiōe ut uado Comum. Cremonam. Cumas. Neapolim.

Quando significant de loco & per locum: debent poni in ablatiuo sine præpositione: ut abeo Mediolano. transeo Placentia. uenio Pisis. transeo Laude. transeo Carthagine.

Quando significant locum uersus: debēt poni in accusatiuo cum uersus præposito: ut Bergomū uersus propero. & Veronam uersus. & Athenas uersus. & Constantinopolim uersus.

Quando significant usq; ad locū: debēt poni in accusatiuo cum usq;: ut usq; Castidium curro. & usq; Genuā. & usq; Pisas. & usq; Tybur. His tamen iuncta prepositio interdum inuenitur: ut a Vercellis ad Taurinū me recipio.

Nomina propria Animantiū. Regionū. Prouinciarū. Insularum. Montium Templorū. Aquarum: necnō omnia appellatiua quā structuram habent.

Quando significant in loco: debēt poni in ablatiuo cum præpositione. in. Vt in Christo Iesu est summa sapientia. Et in Maria oīs est gratia. In Italia. in Cicilia. in Corsica. in Apēnino. in Sancto Frācisco. in Pado in urbe fui.

Quando significant ad locum: debēt poni in accusatiuo cum ad. uel in: quæ quidem pꝑpositiones uel affectū uel contrarietatē significāt: ut ad Christū ibat Magdalena: eadēq; in Christū cōtulit munera. & ad Christum uel in Christum pararunt arma. ad Italiam. in Ciliciam. ad corsicam. in Appeninum. ad Sanctum Franciscū. in Padum. ad urbem: in uillam propero.

Quando significant de loco: debent poni in ablatiuo cum. a. uel ab. uel de. uel e. uel ex. ut a Cælio. ab Italia. de Celicia. e Corsico. ex Apennino. a Sancto Francisco. a Pado ab urbe uenio.

Quando significant per locum: debent poni in accusatiuo cum. per. ut per Tagum transiit hasta. per Italia transiit hostis. Sic reliqua.

Quando significant locum uersus: debent poni in accusatiuo cum uersus

posito:ut Egyptum uersus nauigo. Sic reliqua.
Quando significant usq; ad locum uel usq; ad tempus: debẽt poni in accusatiuo cum usq; & ad uel in: ut usq; ad Cleopatram. usq; in Cyprum. usq; ad Nilum nauigauit Antonius. & usq; ad noctem laboro. usq; in annũ proximum rem differo. Non incongrue etiam dixeris ad occidentẽ usq; pergo: sicut quãdoq; ad orientẽ uersus. Et sæpe in noibus appellatiuis datiuus ponitur pro accusatiuo cũ ad uel in: ut it clamor cælo: pro ad cælũ uel in cælũ.
Excipiuntur quattuor nomina appellatiua. Domus. humus. rus. militia. quæ tanq̃ propria nomina oppidorũ in structura ponũtur: ut humi iaceo. rus uado. militia redeo. domo trãseo. domum uersus & usq; domũ propero. Tamen rus quãdo significat in loco: honestius locatur in datiuo q̃ in ablatiuo: ut ruri scribo. leges quoq; belli domiq; uirtus ualet. hæc tamen præpositionem quãdoq; admittere solent: ut ad domum pergo.
De gerundiis atq; supinis quæ præcepta hic dicas? Nulla: quia in secundo fonte abundanter data sunt.

De Participio.

Quid est participium? Dictum est in primo fonte & de eius etymologia atq; accidentibus.
Participium in ans. & in ens. cuius tẽporis est? Præsentis & p̃teriti impfecti.
Participium in tus. & in sus. & in xus. & in uus. cuius temporis est? Præteriti perfecti & plusquamperfecti.
Participium in rus. & in dus. cuius temporis est? Venturi.
Participium in ans & in ens quomodo formatur? A prima p̃sona præteriti imperfecti indicatiui modi. bam. uel bar. mutata in. ns. ut amabam. amans. docebã docens. recordabar recordans. utebar utẽs. præter Eo ibam: quod facit iens euntis. Sed iens simplex in nominatiuo singulari nõ est in usu. & queo quibam quiens queuntis: sic ab eis composita: ut abiens abeũtis. præteriens prætereuntis. Ambiens tamen ambientis facit.
Participiũ in. tus. in sus. in xus. q̃uo formatur? Ab ultimo supino. addita. s. ut amatu amatus. usu usus. amplexu amplexus. A morior fit mortus mortuus non moritus a moritu supino. Participium in rus quomodo formatur? Ab ultimo supino addita. rus: ut amatu amaturus.

Participium in dus. quomodo formatur? A genitiuo psentis participii mu/tata tis. in dus. ut amans amantis amandus.

De participiis actiuorum uerborum.

A uerbo actiuo quot participia ueniunt? Duo. unum in ans uel in ens. præsentis & præteriti imperfecti temporis: ut laudans & legens: alterum uenturi temporis in tus: ut laudaturus & lecturus.

Excipiuntur hæc uerba: quæ carent supinis & participiis in rus. Respuo. cõ/pesco. posco. disco. lambo. cerno simplex. linguo. metuo. timeo. urgeo. caluo. sugo. renuo. fugio. linquo simplex. luo. ango. sisto. refello. ferioq3. At arceo simplex habet supinum arcitum: tamen inusitatum: sed nõ habet par/ticipium in rus. in compositione autem habet: ut coerciturus. Pario habet pariẽs & pariturus: quod pariturus uidetur nasci a supino paritu: quod est in raro usu: sed a partu recto supino fit partus non paritus. raro parturũs. Lauo habet participium uenturi lauaturus. Et secundum Terentium atq3 Flaccum. & Nasonem lauaturus: quia lauatũ protulerunt supinum. arguo arguturus & quandoq3 arguiturus.

De participiis passiuorum uerborum.

A uerbo passiuo quod participia ueniũt? Duo. unũ in tus & in sus & in xus. præteriti perfecti & plusquãperfecti temporis: ut laudatus. læsus. fixus. & arcitus ab arceor simplici: sed inusitatũ: a coerceor composito fit coercitus usitatum. sic ab exerceor exercitus: quod participium præteriti quandoq3 habet significationem præsentis: ut uectus qui uehitur: & hoc causa neces/sitatis. Alterum uenturi in dus: ut laudandus.

Excipiũtur uerba passiua a supradictis uerbis actiuis exceptis nata: quia (cum careant supinis) priuantur participio præteriti.

De participiis neutrorum uerborum.

A uerbo neutro quot participia ueniunt? Duo. unum in ans uel in ens præsentis & præteriti imperfecti temporis: ut abundans & currens. Alterũ uẽturi in rus. ut abũdaturus. & ruiturus a ruitu. nam rutu figuratũ est. & par/surus a parco parsi. & poturus a poto: raro potaturus.

Excipiuntur omnia uerba inchoatiua & meditatiua carentia supinis & participiis in rus. Esurio tamen esuriturus habere uidetur.

Excipiūtur quoq; uolo & ab eo composita.furo.uado simplex.sitio.tremo.
cresco.ambigo pro dubito.æstuo.glisco.sterto.mico.rudo.strideo.strido.
psallo conquinisco.dego Et omnia uerba neutra secūdæ coniugationis &
tertiæ in uo.dissyllabū desinentia:quæ si mittant præteritū perfectū in ui.
diuisas syllabas:carent supinis: Nisi hæc:quæ habēt supina doleo dolitum
careo caritū.placeo placitū.noceo nocitū.pateo passum. Mereo cum pri/
ma breui meritū.cleo olitum uel oletū.ualeo ualitū.taceo tacitū.luo lutū.
acuo acutum. Etiam excipiūtur uerba neutra secūde coniugationis mittē
tia præteritū in si.& in xi.quæ plærūq; carent supinis: ut algeo alsi.turgeo
etiam si in præterito.frigeo frixi.luceo,luxi.pelluceo pelluxi.Inueniūtur ta
men ex his multa habentia supina & participia in rus:ut maneo mansi mā
sum mansurus.In his te regat usus. Fio nullum habet participiū.mutuatur
autem factus & faciēdus a facior inusitato.Liceo quoq; neutrum passiuum:
quod in raro est usu:nullum habet participiū. Soleo uero nō habet solitu
rus:nec solens audet proferre suum.Nec scando fluo.sero.simplicia habēt
scansurus.fluxurus.saturus.Notentur hic præterea nō absurde uerba pro/
prie defectiua & impsonalia actiuæ uocis.quippe que omnibus carēt par
ticipiis:nisi ouat ouans.& inq̄ inquiēs.Cœptus quoq; uidetur nasci a cœpi
& osus inusitatū:ex quo exosus & perosus:ab odi.& licens & licitus a licet.
& libens & libitū a libet.& pœnitens a pœnitet.& ptesum compositū a te/
det.& pigendus a piget.& pudēdus a pudet. Sum quoq; caret participio
presentis & ab eo cōposita cum præpositionibus nisi præsum præsens: &
absum absens.habet tamen participium uenturi futurus.sic ab eo compo/
sita:ut profuturus.præter subsum.& insum.& possum.
Quæ sunt uerba neutra participiū præteriti habentia? Sunt hæc.gaudeo ga
uisus.soleo solitus.audeo ausus.fido fisus.placeo placitus.nubo nupta.pa/
teo passus.titubo titubatus. Adduntur etiam uerba neutra quartæ & quin
tæ formæ:cum passiua in tertiis psonis formēt:ut iussus.aratus.laboratus.
decursus.& erutus.& dirutus penultima breui a rutu supino figurato mā/
sus quoq; a māditur leges.& hæc in significatione passiua.ut etiam triūpha
tus.regnatus.erratus.quæ tria sunt sine origine,uerbi.Cenatus & prāsus &
potus raro potatus.& iuratus.a cœno.prādeo.poto.iuro.utrāq; tenēt signi

ficationem. Multa alia huiusmodi formæ comperies: ut æratus. baccha-
tus & togatus. quietus quoq;. suetus & cassus. necnon potens & pudens. &
adultus ab adoleo: quæ potius sunt appellationes q̃ participia.
Quæ sunt uerba neutra: quæ possunt habere participia in dus? Sunt eadem
neutra quartæ & quintæ formæ: cum passiua in tertiis personis formant:
ut sæminandus. prouidendus. leges quoq; carendus a careo. & dolendus a
doleo: ut pater est carendus a me uel mihi.

De participiis cõmunium uerborum.

A uerbo cõmuni quot participia ueniunt? Quattuor. In actiua quidẽ signifi-
catione unum in ans. uel in ens. & alterũ in tus: ut hortans & largiens. hor-
taturus & largiturus. In passiua unum in. dus: ut hortendus & largiendus.
& in cõmuni unum in tus uel in xus: ut hortatus & amplexus.

De Participiis deponentium uerborum.

A uerbo deponenti quot participia ueniũt? Tria. unum in ans uel in ens: ut
recordãs & utens. alterũ in tus. uel in sus. uel in xus. & in uus: ut recordatus.
usus. nixus. mortuus. Tertiũ in rus: ut recordaturus. in qbus participiũ præ-
teriti quandoq; habet significationẽ passiuã: ut oblitus. meditatus. auxilia-
tus. adminiculatus. comitatus. Excipiũtur hæc quattuor. uescor. mædeor. li-
quor. reminiscor. habẽtia solũ participiũ in ens: quia carent supinis. aliũde
autem mutuãtur hæc participia preteriti. pastus. medicatus liquefactus. re-
cordatus. Excipitur quoq; reor: quod caret participio p̃sentis in ens: & uen-
turi in rus. & liceor quod nullũ habet participiũ: q̃uis liceor formet: quod
habet participia. & nascor: quod caret participio uenturi in. rus. Morior fa-
cit participiũ præteriti mortuus: licet habeat supinũ moritũ Orior autem
habet participiũ præteriti & uenturi ortus & oriturus. a supino ortu. & fru-
or fructus & fruiturus. a supino fructu. Nitor habet quinq; participia. nitẽs
nisus & nixus. nisurus & nixurus. nõnulla etiam deponentia uerba habent
participiũ in. dus. in significatione passiua: ut alia participia in dus. finita: ut
sequendus. imitãdus. tuendus obliuiscẽdus. ulciscendus. utendus. sed oriũ-
dus. moribũdus & similia potius sunt appellationes q̃ participia.
Participiũ quot modis fit nomen? Quattuor modis. Constructione: quãdo
habet post se casum: quẽ nõ quærit suũ uerbũ: ut doctus iuris: & amãs sui.
Comparatione quãdo participiũ facit ex se compatatiuũ uel superlatiuũ:

ut amãtior & amãtissimus. Cõpositiõe: quãdo cõponitur cũ aliqua dictio ne: cum qua nõ cõponitur suũ uerbũ: ut idoctus. inaratus. architectus. arci tenẽs. Tẽporis amissiõe: ut sentẽtia teneat rata: & spo te fore mei amantẽ.
Participium quomodo construitur? Ante se nullum uult casum: post se po test habere omnes casus sui uerbi: ut ego docens te litteras laboro.
Quot modis thema nõ potest fieri p participiũ? Tribus modis. Primo quã do participium nõ inuenitur. Secũdo quãdo non habet uulgare sui uerbi. demum si relatiuũ nomen in resolutione participiali nõ cadit regi a parte anteriori: tũc propositũ ordinetur p uerbũ & relatiuũ sic. La honesta essen te amata da dio e bona. honestas quæ amatur a deo: est bona. Lo celo ale grãte Celio e stellato. Cælũ: quo gaudet Cælius est stellatũ. La sciẽtia inse gnata a Celio da mi: e latina. Sciẽtia quã doctus fuit cælius a me: est latina.
Quomodo fit thema quãdo participii uulgare proponitur in cõsequẽtia? Si potest fieri p participiũ: tunc ipsum locetur in ablatiuo sine aliqua præpo sitione absolute cũ ea dictione: quæ in resolutione poneretur in nõiatiuo casu: uel resoluatur in suũ uerbũ eiusdem tẽporis. Et consequẽtia ipsa: quæ ex suo actu aliquid effici necessario demonstrat: aptius resoluitur cum hac coniũctione quoniã uel quia. Vt nascẽte lo sole se fa giorno. Oriente sole dies fit: hoc est quoniã sol oritur: dies fit. Consequẽtia uero: cuius actus se quitur aliũ actũ non quadam necessitate sed societate tẽporis: potest resol ui cum his aduerbiis. dum. donec. quãdo. cum. postq̃. & posteaq̃. Vt legẽ do mi tu dormi. Legente me tu dormis. hoc est: dum ego lego tu dormis. Et passato lo iuerno la Ciconia uene. Præterita hyeme Ciconia uenit. hoc est: posteaq̃ hyems præteriit: Ciconia uenit.

De Relatiuo.

Quid est relatiuum? Est quod rem ante latam refert iterum.
Quot in partes diuiditur relatiuũ? In duas in relatiuũ substãtiæ & accidẽtis.
Quid est relatiuum substantiæ? Est quod antecedens refert substantiuũ: ut qui. ille. ipse. is. sui. suus. & idem. Et concordat cum suo antecedenti in gene re & in numero: præter suus: ut infra dicetur.
Qui quæ quod relatiua respondentne semp antecedenti substantiuo in ge nere & in numero? Non. Sed tunc frequẽter sequenti: cum sensus ab ante

cedenti ad sequens transfertur substantiuum siue proprium seu appellatiuum: ut est locus in carcere: quod Tullianum appellatur. Et egi tuam causam: qui fuit labor maximus.

Quid est relatiuum accidentis? Est quod antecedēs refert adiectiuū. & fere in usu sunt hæc. Qualis. quantus. quot. quotus. quotēnis. cuius. cuias. & in nullo concordat cum suo antecedenti: sed illud tantū refert. cōcordat autē cum substantiuo sequenti: sicut adiectiuum cum substātiuo. sic etiam suus sua suum antedictum: ut aurora est splēdida quale est aurum. Et Galeacius purgat suas urbes sceleratis: quod suus pronomen deriuatiuū: & sui primitiuum. uel reciproce ponūtur: ut Dido se peremit: uel transitiue: ut pauper rogat: ut sui misereatur: uel ad possessionem: ut miles curat arma sua.

Quot modis. qualis. quātus. quot. quotus. quotēnis. cuius. cuias ponūtur in cōstructione? Quattuor modis. Interrogatiue: ut qualis es? Relatiue: ego sum pius: qualis tu es. Infinite: nescio qualis sis. Admiratiue: o qualis facies.

Quomodo Talis & tantus & tot nuncupantur? Redditiua uel demonstratiua uel infinita: & redditiue uel demonstratiue uel infinite. idest sine relatiuis ponūtur in cōstructione: ut qualis pater: talis filius: & si monstrans patrem dicam: talis est filius: & ego sum talis: ut placuit deo. & tantæ molis erat romanam cōdere gentem. possunt etiam esse relatiua & similitudinis: ut ego sum albus: & tu es talis.

Qualis Relatiuum quid significat? Qualitatem.

Quæ nomina refert?

Nomina adiectiua bonitatem & maliciā & colorem notantia: ut bonus. iustus. pius. malus. iniustus. impius. albus. cādidus. niger. croceus. purpureus: ut Blanca Dux fuit pia: qualis est bona Dux. talis est eius redditiuum.

Quantus relatiuum quid significat? Quantitatem continuam.

Quæ nomina refert?

Nomina adiectiua magnitudinem aut breuitatem significantia: ut magnus. longus. altus. profundus. breuis. paruus. gracilis: ut soror est parua quātus est frater. Tantus est eius redditiuum.

Quot relatiuum quid significat? Quantitatem discretam siue numerum.

Quæ nomina refert?

Nomina numerũ ſignificãtia: ut multi. pauci. unus. duo. tres. quattuor. quin
q;. ſex. ſeptem. octo. nouem. decem. undecim. duodecim. tredecim. quat/
tuordecim. quindecim. ſedecim. decẽſeptem. decẽocto uel duodeuiginti.
decemnouem uel undeuiginti. uigintiunus. uigintiduo. uigintitres. uiginti
quattuor. uigintiquinq;. uigintiſex. uigintiſeptem. uigintiocto uel duode
triginta. uigintinouem: uel undetriginta. triginta. quadraginta. quinquagi
ta. ſexaginta. ſeptuaginta. octoginta. nonaginta. centum. ducenti. trecenti.
quadringenti. quingenti. ſexcenti. ſeptingenti. octingenti. noningenti uel
nongenti. Mille: Vt Cælius habet duos annos: quot Lancilotus.
Redditiuum eius eſt tot & totidem.
Hic tamen nota: ꝙ multum & paucum in ſingulari numero ſignificãt quãti
tatem continuã: ut ego habeo multũ uinũ uel uini: quãtum tu. At in plu
rali numero q̃titatem diſcretã: ut ſoror habet multas res: quot habet frater.
Quotus relatiuum quid ſignificat? Ordinem.
Quæ nomina refert?
Nomina ordinem notantia: Vt primus. ſecundus. tertius. quartus. quintus.
ſextus. ſeptimus. octauus. nonus. decimus. undecimus. duodecimus. tertiuſ
decimus. quartuſdecimus. quintuſdecimus. ſextuſdecimus. decimuſepti/
mus. decimuſoctauus. decimuſnonus. uigeſimus uel uiceſimus. trigeſimus
uel triceſimus. quadrageſimus. quinquageſimus. ſexageſimus. ſeptuageſi/
mus. octogeſimus. nonageſimus. centeſimus. ducenteſimus. trecẽteſimus.
quadringẽtiſimus. quingent ſimus. ſexcenteſimus. ſeptingẽteſimus. octin
genteſimus. noningenteſimus uel nongẽteſimus. Mileſimus: Vt filius eſt
primus: quotus eſt pater.
Scito tamẽ ꝙ quotus raro habetur niſi interrogatiue & in ea ſignificatiõe: in
qua eſt quot: ut quotus es: ideſt quot eſtis? & quotus quiſq;: hoc eſt quot.
Quotennis relatiuum quid ſignificat? Numerum annorum.
Quæ nomina refert?
Nomina ſimilia ab anno compoſita: ut biennis. triennis. quadriennis. quin/
quennis. ſexennis. ſeptennis. octennis. nouẽnis. decẽnis. nec plura quære:
Vt ſoror eſt triennis: quotẽnis erit cito frater: quod relatiuum quotennis
apud doctos eſt in raro uſu & quaſi nullo. Anniculus uero annicula anni/

culum non incongrue loco uniennis dicetur.
Cuius cuia cuium & cuius in triplici genere relatiuum quid significat?
Possessionem. Quid refert?
Nomina & pronomina possessiua: ut regius. euandrius. æneius. cæsarianus. pompeianus. & meus tuus suus noster uester: ut mācipium est meū. cuius uel cuia est domus. nō incongrue etiam eidem respōdebitur per genitiuū primitiui: ut cuium est pecus? Aegonis.
Cuius relatiuum quid significat? Gentem uel patriam.
Quid refert?
Nomina & pronomina gentem uel patriam notātia: ut Italus. Tuscus. Græcus. Atticus. Romanus. Mediolanensis. Placentinus. nostras & uestras: ut frater est Mediolanensis. cuiates sunt sorores.
Quæ sunt nomina adiectiua multiplicantia pondus uel mensuram.
Sunt hæc: simplus. duplus. triplus. quadruplus. decuplus. centuplus: ut centuplum accipies.
Quæ sunt nomina in. plex. terminata: & rerum formas signantia?
Sunt hæc: multiplex. simplex. duplex. triplex. quadruplex. septemplex: ut mea chlamys est duplex.
Quæ sunt adiectiua diuidua in plurali numero significātia pares numeros?
Sunt hæc: singuli. bini. terni uel trini. quaterni. quini. seni. septeni. octeni uel octoni. noueni. deni. undeni. duodeni. terdeni. quaterni deni. quindeni. sedeni. denisepteni. deniocteni uel deniroctoni. deninoueni. uiceni. uiceni singuli: uel singuli & uiceni. triceni. quadrageni. quinquageni. sexageni. septuageni. octogeni. nonageni. centeni. duceni. treceni. quadringeni. quingeni. sexceni. septingeni. octingeni. noningeni uel nōgeni. milleni: ut boues eunt bini. hæc quidem nomina ab oratoribus & poetis in utroq; numero pro numeralibus nominibus nonnunq̄ capiuntur: ut septeno gurgite. & binas litteras. & duodena signa.
Horum triplicium nominum quæ sunt relatiua? Videntur esse quotuplus. & quotuplex. & quotenus. Verum nunq̄ me legisse memini. nec arbitror ullo loco satis honesto reperiri. tamen in interrogatione puerili & præceptori & hypodidascalo licebit abuti.

Quid est comparatiuum? Est quod cum positiui intellectu uel aliquo participe sensu positiui magis aduerbium significat: ut albior: idest magis albus & ulterior: idest magis ultra. Et comparatio quidem per comparatiuũ potest fieri ad unum & ad plures tam sui generis q̃ alieni.

Quot sunt gradus comparationis? Sunt tres. Positiuus: ut albus. Comparatiuus: ut albior. Superlatiuus: ut albissimus.

A quibus partibus orationis fiunt comparatiua? A nominibus proprie adiectiuis secundæ & tertiæ declinationis: quorum significatio potest augeri uel minui: ut clarior & fortior. A uerbis: ut deterior. A participiis: quæ tamen fiunt nomina: ut amátior. A præpositionibus & aduerbiis quibusdã ut posterior & prior.

Quomodo formantur comparátiua? Sic. si ueniunt a nominibus adiectiuis secundæ declinationis: formátur a genitiuo singulari sui positiui correpta i. & addita or: ut doctus docti doctior. amicus amici amicior. præter habẽtia uocalem ante us.. quæ de usu raro faciunt cõparatiua in or. persæpe autem & laudabilius per magis & positiuum: ut magis pius: magis egregius. Et præter hęc nomina: quorũ comparatiua rectam nõ seruant formam: & sunt inæqualia: ut bonus melior. magnus maior. malus peior. paruus minor. plus quoq; in singulari nominatiuo & accusatiuo & uocatiuo generis neutri. in reliquis singularibus & pluralibus casibus omnis non immerito perhibetur comparatiuũ multi. Munificus munificẽtior. magnificus magnificentior. beniuolus beniuolẽtior. maliuolus maliuolẽtior. & alia plæraq; eiusdem formæ. Grandiloquentior autem & maledicentior & similia quæ sunt in usu: magis a uoce participiali q̃ a nomine in us. duci probátur. Sinister quoq; sinisterior facit. Si uero cõparatiua ducátur a noibus tertiæ declinationis: formátur a datiuo singulari sui positiui correpta i. & addita or: ut fortis forti fortior. Iuuenis tamen iunior facit p syncopen. Singularis & mediocris carẽt cõparatiuo & suplatiuo naturaliter: ut unicus. A potis fit potior. A nequã nequior. A senex senior. generis dũtaxat masculini: q^d in us. nõ facit cõparatiuũ neutrũ: ut alia in or. terminata. ocys ocyor facit.

A uerbo detero deteris fit deterior comparatiuum.
Si uero nascātur a præpositionibus: desinūt in erior: ut post posterior. intra interior. extra exterior. citra citerior. ultra ulterior. ante anterior. supra superior. infra inferior. prope tamen propior facit.
Ab aduerbiis etiam nonnullis fiunt comparatiua: ut a pridem prior: penitus peniteor.
Quomodo fiunt comparatiua diminutiua? Fiūt a neutralibus quibusdam comparatiuis addita culus. ut grandius grandiusculus grandiuscula grandiusculum. plus plusculus pluscula plusculum.
Comparatiuus gradus quibus casibus adiūgitur? Potest adiūgi ablatiuo casui utriusq; numeri sine præpositione eius rei: ad quam fit comparatio: ex natura comparationis: ut Gabriel est maior Gregorio. Interdū etiam nominatiuus cum nomiatiuo & obliquus cum obliquo interposito. quam. aduerbio cōparatur ex natura comparationis: ut Gabriel est maior q̄ Gregorius: & ipse magis eget uirtutis q̄ pecuniæ. & magis studet liberalitati q̄ auariciæ. & magis amat humanitatem q̄ superbiā & magis fidit uirtute q̄ fraude. Leges quoq; pygmalion scelere ante alios immanior omnes. & ex duobus filiis maior: & e pueris minor (si duos intellexeris) congrue dices.
Excipiuntur negatiua nomiua & relatiua. qui. quæ. quod: quando regūtur a comparatiuo: quia de usu cum quam non cōparatur: ut nullo horum sum doctior. & Cicero. quo nemo fuit eloquentior: laudatur.
Comparatiuum præter supradictos potest ne alios admittere casus?
Sane. nam potest habere ablatiuum absq; præpositione ex natura excessus: & omnes casus quos regit suum positiuū: ex natura positiui: ut multo maior. paulo minor. plus uirtutis. minus uitii.
Si thema proponatur p plus & minus: quonammodo componetur oratio?
Sic si thema per plus & minus fiet: nomina substātiua sola in genitiuo ponātur uel singulari uel plurali: ut habeo plus uirtutis uel uirtutū. Si uero substantiua ipsa sint cum numerali nomine iuncta: his modis dicere poteris. Filius habet plus trium annorum: uel tribus annis: uel tres annos: uel quā tres annos: uel est maior tribus annis. sic minus & minor. sin autem oratio struatur per plures & pauciores: quod fit: cum res numero æstimatur: tūc

substantiua locentur in eo casu: in quo sunt dicta duo cōparatiua: & nomē numerale (si ibi fuerit) in ablatiuo sine præpositione ex natura excessus: ut soror habet plures annos tribus. & frater pauciores duobus. Recte etiam dices: legi Aeneida plus dimidio. & nunquam docui Rhetorica minoris decem drachmis.

Ad bonam comparationē quot requiruntur? Quattuor. res comparata. res cui comparetur. qualitas. & demum quod qualitas cōmunicet cum utroq; ut uirtus, est melior pecunia.

Quot modis fit abusio in comparatiuis? Quattuor modis. Constructione: quando comparatiuum nō habet ablatiuum sine præpositione uel casum cum quam: ut o maior iuuenum. Significatione: cum tātum significat: quā tum positiuum: ut senior pro senex: aut minus: ut tristior: idest parū tristis. aut cōtrarium sui positiui: ut mare pōticum est dulcius q̄ cætera maria. hoc est minus amarum. & minus ineptus: hoc est prudētior. Formatione: cum substantiua uel pronomina comparātur: ut neronior & ipsior. Comparatione: cum ad diuersa subiecta nō participantia de eadem qualitate fit cōparatio: ut nix est albior coruo. & glacies est frigidior igni.

De Superlatiuo.

Quid est superlatiuum? Est quod ad plures sui generis comparatū superponitur omnibus: uel per se prolatū habet intellectum sui positiui cū ualde aduerbio: ut iusticia est clarissima uirtutum: hoc est ualde clara super alias uirtutes. & iusticia est uirtus clarissima: hoc est ualde clara.

A quibus partibus orationis trahūtur suplatiua? Ab eisdē a qbus cōparatiua.

Quot sunt forme suplatiuorum? Octo. in simus. rimus. ximus. limus. timus. remus. fimus. & minus. & omnia superlatiua mobilia sunt per tria genera: ut clarissimus clarissima clarissimum.

Quomodo formatur superlatiuum nascens a nominibus adiectiuis secūdæ declinatiōis? a genitiuo singulari sui positiui addita. s. & simus: ut clarus cla ri clarissimus. maturus maturi maturissimus. nouus noui nouissimus: quod idem est quod extremus. Excipiūtur habentia uocalē ante us: quæ de usu nō formant suplatiua in simus. Et hæc que dicūtur inequalia. Bonus optimus. Malus pessimus. Magnus maximus. Paruus minimus. Multus pluri

f

mus. Munificus munificẽtissimus. Magnificus magnificẽtissimus. Hono-rificus honorificẽtissimus. Beniuolus beniuolentissimus. Maliuolus maliuolentissimus. sic alia similis forme. Grandiloquẽtissimus autẽ & maledicẽtissimus & similia: quæ sunt in usu: magis a uoce participiali q̃ a noie in us.

Quomodo formatur superlatiuũ a noibus adiectiuis tertiæ declinationis? A genitiuo singulari sui positiui addita simus: ut fortis fortissimus.

Excipitur uetus: quod sine cõparatiuo facit ueterrimus: quia prisci ueter ptũ lerũt. & quinq; noia: quæ quidẽ cũ suis cõpositis abiecta is. & addita limus. faciunt superlatiuũ: ut facilis facillimus. difficillis difficillimus. humilis humillimus. agilis agillimus. gracilis gracillimus. similis simillimus. dissimilis dissimillimus. A potis nomine fit potissimus.

Quomodo formatur suplatiuum a noibus adiectiuis i. t. litterã desinẽtibus? A noiatiuo singulari sui positiui: siue sint secundæ seu tertiæ declinationis addita rimus: ut pulcher pulcherrimus. Matur inusitatũ maturrimus. pauper pauperrimus. Excipitur dexter dextimus. & sinister sinistimus.

A uerbis quæ suplatiua ueniũt? Vnum i rimus. deterrimus a detero deteris.

Quomodo formatur superlatiuum a præpositionibus in ra. desinentibus? In rimus: ut ultra ultimus. citra citimus. intra ĩtimus. extra extimus & extremus: ut supra supremus. & post postremus. prope proximus facit: quod pro cognato positum comparatur: ut proximior absq; superlatiuo. Infra infimus. Ante anterior caret superlatiuo.

Ab aduerbiis possuntne fieri superlatiua? Possunt: ut a pridem primus.

Superlatiuũ in cõparatione quibus casibus adiungitur? Potest adiungi genitiuo plurali: uel singulari nois collectiui: ut Aeneas fuit iustissimus troianorum. Et Cæsar clæmentissimus populi Romani. leges quoq; inter omnes & ex omnibus celeberrimus.

Quid est collectiuum? Est quod in singulari numero multitudinem significat: ut populus. gens. turba. uulgus.

Superlatiuũ potestne aliis casibus adiũgi q̃ supra dictis? Potest: nam aliquãdo hæret ablatiuo sine præpositione ex natura augmenti: ut multo. tanto. quanto, maximus. & casibus: quos regit suũ positiuũ ex natura positiui: ut ditissimus agri: & simillimus deo. & proxime muros.

Superlatiuũ positũ inter duo substantiua diuersi generis cũ quo concordat
Potest cõcordare cum præcedenti:ut rosa est suauissima florum:& quãdoq;
cum sequenti:ut inuidia est pessimum uitiorum.

De figuris.

Quid est figura? Est nouus quidam modus nõ sine aliqua arte dicendi uel decoris uel necessitatis causa repertus.

Quot sunt figuræ? Sunt q̃plurimæ. Quarum aliæ sunt sensus:que quidẽ potius ad Rhetora q̃ ad grãmaticum pertinere uidẽtur. Aliæ sunt dictionis.

Quot sunt figuræ:de quibus intẽdis tractare? Sunt octo:quæ dicũtur dictionis:& nũc nõ incõgrue dici possunt cõstructionis. Prolepsis. Syllepsis. zeugma. Sinthesis. Antiptosis. Euocatio. Appositio. Sinecdoche.

De Prolepsi.

Quid est prolepsis? Est attributio proprietatis toti in suas partes diuiso.

Vnde dicitur prolepsis? A uerbo græco prolambano:hoc est presumo. potest dici latine præsumptio uel anticipatio.

Quot requirũtur in prolepsi? Quinq;:totũ. partes eius. proprietas uerbi uel participii uel adiectiui. Determinationes partiũ. & ordo. qui est ut totum præponatur:& proprietas cum reliquis sequatur:ut pueri legunt:alter Aeneida. alter Thebaida.

Quot modis fit prolepsis? Duobus modis. Explicite:cũ habet quinq; requisita:& uariis casibus potest efferri:ut aquilarũ altera uolitat ab oriẽte. altera ab occidente. Et gentis Mediolanẽsis:pars est docta pars indocta. & gens Mediolanensis est alii diuites:alii pauperes. Et duoꝝ fratrũ. alter agit. alter contemplatur. Caue dicas duo fratres. Et equis currẽtibus huic habænæ laxantur:illi retinentur. Et equos currẽtes. hũc regit puer. illum uir. implicite autem tacemus alteram partiũ cum sua determinatione:ut poete inuident alter alteri:deest rursus alter alteri.

De Sylepsi.

Quid est Sylepsis? Est dissimilium dictionum sub plurali proprietate conceptione:ut ego & tu scribimus.

Vnde dicit͛ Sylepsis? A uerbo græco syllãbano:hoc ẽ cõcipio.

Quot requiruntur in Sylepsi? Quinq;. Dictio concipiens maioris dignita/

tis. Dictio concepta minoris. Copula. Proprietas uerbi uel adiectiui pluralis numeri. Et quod proprietas concordet cum dictione concipiente: ut Cælius & tu luditis.

In quot accidentibus fit Syllepsis? In quattuor. in genere. in numero. in persona. & in casu. In genere masculinū concipit fœmininū: ut puer & puella pulchri ludunt. Et neutrum: ut raptus & adulterium uitandi sunt. Fœmininum autem cōcipit neutrum: ut hera & mācipium bonæ probantur. Item leges & plebiscita coactæ sunt. Verūtamen neutrum quandoq; concipit masculinum & fœmininū ratione maioris significati: ut arcus & sagittæ & arma sunt capiūda. In numero: pluralis concipit singularem: ut pedites & centurio pugnāt. Item: Sunt nobis mitia poma: Castaneæ molles: & pressi copia lactis. Item: Bisq; die numerāt ambo pecus: alter & hædos. Item: Hebræi sunt & ego. In persona: prima concipit secūdam & tertiam: ut ego tu & ille scribimus. Secūda cōcipit tertiam: ut tu & ille scribitis. In casu: nominatiuus concipit ablatiuum cum præpositione cum: ut Iphitus & Pelias mecum diuellimur inde.

Quot modis fit Syllepsis? Duobus. Explicite cum fit per similes casus: ut tu & ego canimus. Et implicite: cum fit per dissimiles casus: ut Cæsar tecū curritis. Et nonnunq̄ fit in sensu: ut uterq; horum sunt impudici Thrasone & Thaide cōmonstratis. Et eius simus uterq; parens.

De Zeugmate.

Quid est Zeugma? Est diuersarum dictionum sub singuli proprietate coniunctio: ut Rex & regina uenit excelsa.

Vnde dicitur Zeugma? A uerbo græco Zeugnymi. hoc est iūgo.

Quot requirūtur in zeugmate? Quattuor. Aliqua diuersa substantiua. Copula. Proprietas uerbi uel adiectiui. Attributio proprietatis cum uicinio re substantiuo concordans.

In quot accidentibus fit zeugma? In tribus. In genere: ut Cymothoe & triton annixus est. In numero: ut hic illius arma. hic currus fuit. Item socius & rege recepto. In persona: ut Cæsar & tu triumphas.

Quo ordine fit zeugma? Hoc a superiori cū proprietas preponitur: ut cāto ego & tu. & dicitur præzeugma. A medio cum proprietas interponitur: ut

ego cāto & tu:& dicitur Mesozeugma. Ab inferiori: cum eadem postpo nitur:ut Tityrus & tu cantas:& dicitur Hypozeugma.

Quot modis fit zeugma? Duobus. Explicite:ut in exēplis ante memoratis. Etquandoq; implicite in sensu:ut uterq; horum est famosus Thrasone & Thaide demōstratis:ac si dixero Thraso famosus est Thais.

Quid differt Zeugma a Syllepsi? Quod in Syllepsi proprietas debet esse proprie numeri pluralis:in Zeugmate antē numeri singularis:nisi impro prie & fortassis mendose proferantur.

De Synthesi.

Quid est Synthesis? Est attributio proprietatis uni uel pluribus copulatis: non gratia uocis sed significati.

Vnde dicit᷑ Synthesis? A uerbo græco syntichemi.i.cōpono.

Quot requirūtur in Synthesi? Tria.unum subiectū uel plura copulata.pro prietas.& attributio proprietatis cōcordans cum significato & discordans cum uoce: ut pars in frustra secant.

In quot accidētibus fit Synthesis? In duobus:in genere:ut anser foeta. & tur ba propter ui clamant.& Mediolano sub ipsa fui. Et in numero:ut Scipio & Lælius admirantes.& Cæsar & Pompeius bella gesserunt.

De Antiptosi.

Quid est Antiptosis? Est impropria casus pro casu locatio.

Vnde dicitur Antiptosis? Ab anti: hoc est pro & ptosis casus.

Quot requirūtur in Antiptosi? Tria. Vnum subiectū. Proprietas.& ꝙ casus pro casu improprie ponat᷑:ut regulas quas Fontana fecit: sint curæ deo & Sancto Ambrosio. Quid illo faciemus? illic accusatiuus ponit᷑ pro noiati uo.hic ablatiuus ꝑ datiuo illi. Et illius tēporis mihi uenit in mentē ꝑ illud tēpus.& it clamor cælo:pro ad cælū.& Tullius cū Catilina certarūt pro & Catilina.& Iphitus mecū diuellimur.pro & ego.hæc tñ figura sit tibi rara.

De Euocatione.

Quid est Euocatio? Est attributio ꝓprietatis cuidā rei damōstratæ ꝑ demō strans:ut ego Gabriel cōdo grāmatices artē.& nos oratores recte sētimus.

Vnde dicitur Euocatio? Ab euoco uerbo latino.

Quot requiruntur in euocatione? Quattuor. Dictio euocās primæ uel secundæ personæ. Dictio enocata tertiæ personæ. Absentia copulæ. & Proprietas uerbi primæ uel secundæ personæ.

De Appositioné.

Quid est appositio? Est immediata cōiunctio duorum substantiuorū: quæ eodem modo reguntur: ut Maria uirgo purissima. Ambrosius patronus Mediolani optimus.

Vnde dicitur? Ab hoc uerbo oppono.

Quot requirūtur in appositione? Tria. Dictio apponens idest determinās. Dictio apposita: hoc est determinata. & Proprietas.

Quot modis fit appositio? Tribus modis. Primo causa generalitatis restringendæ: ut animal equus currit. Secūdo causa equiuocationis remouendæ: ut canis stella lucet. Tertio causa proprietatis attribuēdæ: ut Sistus pōtifex maximus imperat orbi. Et semper dictio apponēs & apposita debent esse eiusdem casus: sed non semper eiusdem numeri nec generis: ut Ouidius. Quid meruere boues animal sine fraude dolisq;?

Quid est nomē generale? Est quod significat diuersas species sub eadē definitione: ut animal notans hominem. bouem. equum.

Quid est nomen æquiuocum? Est quod eadem uoce diuersa significat sub diuersa definitione: ut canis latrans. lucens. natans.

De Synecdoche.

Quid est Synecdoche? Est cum proprietas parti attribuitur toti: ut Aetiops albus dentes currit.

Vnde dicitur Synecdoche? A uerbo græco. synecdechomai: idest coexcipio.

Quot requirūtur in Synecdoche? Tria. totum: pars: quæ semp sit accusatiui casus. & proprietas uel adiectiui nominis: ut nuda genu: uel uerbi: ut tu frāgeris cerebrum: & ego nequeo expleri mētem: & doleo caput. uel participii: ut oculos suffusa nitentis: quod quidem est honestius. Est altera: quæ quidem a. M. Tullio intellectio uocatur: cū res tota parua de parte cognoscitur: ut hostis habet muros: hoc est hostes: aut de toto pars: ut fontē fert: hoc est quid aquæ & pontus in pupim ferit: hoc est fluctus: & cum pecto

ra pro pectus. corda pro cor ponuntur.

De Patronymico nomine.

Quot in partes patronymicum nomen distribuitur? In duas. masculinum & foemininum.

Quid est patronymicũ nomen masculinum? Est quod a propriis nominibus patrum uel auorum deriuatur: & filiũ significat uel nepotẽ cum genitiuo primitiui: ut Priamides: idest filius uel nepos Priami. His autẽ patronomicis utuntur poetæ. nõ oratores. & in nõibus duntaxat græcis: nõ autẽ latinis: nisi in admodũ paucis: ut Illiades. Romulides. Scipiades.

Potestne patronomicũ ab aliis q̃ a patribus uel auis formari? Potest abusiue quoq; formari a matribus: ut Illiades: idest Romulus Iliæ filius. & ab auis maternis: ut Atlantiades: idest Mercurius Atlantis filiæ filius. Similiter a regibus: ut Cecropidæ: idest athenienses a Cecrope rege. & Romulidæ & Aeneadæ Romani a Romulo & Aenea regibus. Necnon a fratribus: ut Phætontias soror Phætontis: cui in prima syllaba nõ apponas dipthongũ nisi fiat synæresis: cum Phæton sit trisyllabum. Latini nõnunq̃ utũtur possessiuis ꝓ patronomicis: ut Iuno saturnia: hoc est filia Saturni. Cæsar Octauianus filius Octauii. Scipio Aemylianus Aemilii filius.

Quot sunt formæ patronomicorum masculinorum quibus nos utimur? Vna scilicet in des: quæ est communis: ut Aeneades.

Quomodo formantur patronomica masculina?

Si ueniunt a nominibus primæ & tertiæ declinationis: formantur a genitiuo singulari ultima littera in des: conuersa: ut Aeneas Aeneæ Aeneades. Hector Hectoris Hectorides penultima breui.

Si ueniunt a nominibus secũdæ declinationis: & genitiuus singularis in i. solum exeat: breuiatur i: & additur des: ut Priamus Priami Priamides. Si in duo. ii. ultimum i. uertitur in. a. breue. & additur. des: ut Menetius Menetii Menetiades. Sin autem in. ei. uertitur. ei. in. i. longũ: & additur. des: ut Theseus Thesei Theseides.

Poetæ tamen quãdoq; in quibusdã patronomicis addunt: ut Anchisiades. Atlantiades ꝓ anchisades atlãtides. quãdoq; diminuũt: ut Scipionides. & Aenides pro æneades: licet quidam hoc trahant quasi ab Aeneo.

Inuenies etiam nonnulla patronomica masculina contra regulam habentia longam penultimam.ut Belides.

Quid est patronomicũ fœmininũ? Est quod significat filiam uel nepté cum genitiuo primitiui:ut priamis:idest filia uel neptis priami.

Quomodo formatur? A suo patronomico masculino remota de: ut Priamides priamis.Menetiades menetias. Virgilius tamẽ in diuini carmis inscriptiõe auctoritate sua dixit æneis.Patronomicũ fœmininũ a noíe in eus deriuatũ in.eis.exit:ut Theseis. Aliqua etiã in ne.desinũt longa penultima ut nerine filia neræi.Adrastine filia adastri.Acrisione filia acrisii.

Inueniũtur quoq; multa noía eiusdẽ formæ a propriis noíbus & ab appellatiuis deriuata : ut Thebais ilias cochis herois.quibus poetæ solent uti pro gentilibus & patriis & titulorum inscriptionibus.

Priamides cuius declinatiõis est? Prime:quia oía in de.patronomica masculina sunt declinationis prime:ut hic Thesides huius theside.

Theseis cuius declinationis? Tertiæ:quia in is.& in as.patronomica fœminina & eiusdem formæ noía sunt declinationis tertiæ : ut hæc Theseis huius theseidis uel theseidos.hæc Menetias huius menetiadis uel menetiados, hæc Thebais huius thebaidis uel thebaidos.

Nerine cuius declinationis? Secundæ græcorum.

Quomodo flectitur?

Nominatiuo hæc nerine.huius nerines.huic nerine.hãc nerinem.o nerine.

De distributino siue partitiuo nomine.

Quid est distributiuũ siue partitiuũ nomen? Est quod in distribuendo siue partiendo ad unum uel ad plures refertur: Et est duplex affirmatiuum : ut alter.omnis.negatiuum:ut neuter.nullus.

Quot sunt nomina:per quæ fit de his interrogatio? Duo.uter.& quis.

Quia uter de duobus dicitur. Quis uero de duobus & de pluribus.

Quot modis ponũtur in constructione? Duobus modis. Interrogatiue: ut uter legit?quis intelligit? Infinite:ut nescio uter legat.nescio qs intelligat.

Ad interrogationẽ factã p uter:per quæ noía distributiua debes respõdere? Per nomina de duobus dicta: ut alter.uno de doi.uteruis uterlibet.quale tu uoi de doi.uterq; luno e laltro de doi.utercunq;.quale de doi.alteruter

o luno o laltro de doi. neuter ne luno ne laltro de doi. Prior quoq; de duo bus dicitur. & eodem modo dicũtur aduerbia ab illis orta: ut utrobiq;. al/ terubi. utroq;. utrinq;. prius.

Ad interrogationẽ factam per quis: per quæ noĩa distributiua respondere debes? Per nomina de pluribus ꝓprie dicta: ut unus. aliquis. quidã. quisq̃. quispiã. alchuno o uno de piu de doi. oĩs. quisq;. unusquisq;. ciaschuno de piu de doi. nemo. nullus. differt totus ab omni. nam totus distribuit ꝓprie circa totũ integrale: ut tota domus duo sunt: oĩs autẽ circa uniuersale: ut oĩs homo currit. Ponitur oĩs etiam collectiue: ut oẽs apostoli dei sunt duode cim: & tũc habet uocatiuũ in plurali. primus quoq; dicitur de pluribus. & eodem modo dicuntur aduerbia ab illis orta: ut alicubi. aliquo. quolibet. quouis & cætera. & primum & primo.

Prædicta noĩa quomodo construuntur? Possunt iungi genitiuo plurali uel singulari noĩs collectiui uel ablatiuo cũ ex. uel e. uel de. ut uterq; nostrũ uel ex nobis canit. Quidã populi placẽtini uel ex populo placentino sapere studet. Verũtamen si ꝓponatur thema ꝑ duo noĩa singularia: tũc illa duo nomina ordinẽtur in eo casu: in quo locatur nomẽ distributiuũ: ut Tullius & Demosthenes uterq; laudantur.

Quis & qui quomodo cõponuntur? Quis cõponitur cum nam: ut quisnã. cum. q;: ut quisq;. cum piam: ut quispiã. cum putas: ut quisputas. cum q̃;: ut quisquã. Qui uero cum dam: ut quidam. cum uis: ut quiuis. cum cunq;: ut quicũq;: cum libet: ut quilibet. Quis quoq; geminatur: & fit quisquis. Sed quicũq; & quisquis in cõstructione ponũtur i eo casu: in quo relatiuũ: nisi improprie capiatur: ut Iesus diligit: quicũq; est uirtutis amator. & idẽ fauet quisquis præfert uirtutẽ pecuniæ. Eodem modo dicimus de aduerbiis lo calibus assumẽtibus cum que & geminatis: ut ego fui. quocũq; uadis. idest in omni loco quo uadis.

Quisquis & relatiua: quæ duplicãtur: & assumũt cunq;: ut quotquot. quicũ/ q;. quomodo improprie locantur in constructione? Quãdo pro suo tan tum relatiuo capiũtur: ut dux noster odit omnis homines: quicũq; sunt im pii. Et pro distributiuo tantum: ut idem diligit quemcũq; hominẽ pium: idest omnem hominem pium.

Quomodo declinatur quisquis?
Nominatiuo quisquis. quicquid. Accusatiuo q̄cquid. Ablatiuo a quoquo.
Quomodo declinatur quicunq;?
Non habet quidcunq;. in reliquis ut quidam flectitur.
Quomodo declinatur quisq̄?
Nominatiuo quisq̄ generis masculini & quádoq; fœminini. quicq̄ generis neutri. Genitiuo cuiusq̄. Datiuo cuiq̄. Accusatiuo quenq̄. quicq̄. Ablatiuo a quoq̄.
Quomodo quis differt a qui? Quoniá quis dicitur interrogatiue: ut quis scribit? Infinite: nescio quis scribat. Sumitur nónunq̄ ꝓ qualis: ut quis tibi uideor: quis pro qualis. & pro quantus: ut quis globus o ciues. quis pro q̄/tus cum admiratione.
Qui autem interrogatiue: ut qui sanctus est Placentiæ patronus? Relatiue: ut Antoninus. Qui ipsam q̄ tutatur amatq;: infinite ut nescio: Qui mandata dei seruare laboret: capitur & pro qualis: & quátus & admiratiue: & pro quomodo uel quare: Vt qui sunt hi iuuenes? qui ꝓ quales. & quo magis te uideo: tanto magis te diligo. quo pro quáto. Et admiratiue: Vt o quá te memorem uirgo. & qui istuc dicis? qui pro quomodo uel quare.
Quid & quod quomodo in constructione differũt? Quia quid proprie capitur substantiue: ut quid memorabile legi: & quid consilii porto. Quod autem adiectiui: ut quod consiliũ porto. Sic cætera ab eis composita: ut sceleratum quiddam sensi. & quoddam scelus sensi.

De Heteroclito nomine.

Quid est Heteroclitum nomen? Est quod diuersis modis declinatur.
Vnde dicitur Heteroclitum?
Dictio est græca. Nam heteron est alterum: & cliton declinabile. latine dici potest inæquale.
Quod modis fit heteroclitum nomen? Quattuor modis. Genere. Numero. Casu. Declinatione.
Quomodo fit heteroclitũ genere?
Quoniam aliqua nomina legũtur: quæ in utroq; numero nõ sunt eiusdem generis: & pœne sunt hæc: quæ ordine subiiciemus.

Quæ ſunt illa nomina: quæ in ſingulari numero ſunt generis maſculini: in plurali uero neutri? Sunt hæc. Hic menalus hæc menala. hic tartarus hæc tartara. hic gargarus hæc gargara. hic iſmarus hæc iſmara. hic maſſicus hæc maſſica. hic ſibilus hæc ſibila. hic balteus hæc baltea: dicitur tamen & hoc balteum. hic dindymus hæc dindima. hic auernus hec auerna. hic tenarus hec tenara. hic locus hec loca & hi loci. hic iocus hec ioca & hi ioci.

Que ſunt illa: que in ſingulari numero fœminini ſunt generis. in plurali uero neutri? Sunt hec. Hec pergamus hec pergama. hec carbaſus hec carbaſa. hec altilis hec altilia. hec ſupellex hec ſupellectilia. hec arbutus hec arbuta. hec cepa huius cepe hec cepa horum ceporum. Et nomina ſcientiarum & artium in ca. finita: ut Grãmatica. Rhetorica. Dialectita. Phyſica. Aethica. Muſica. Bucolica. Georgica.

Que ſunt illa que in ſingulari numero neutra ſunt. in plurali maſculina? Sunt hec. Hoc porrum hi porri. hoc argos hi argi. hoc celũ hi celi. hoc frenum hi freni & hec frena. hoc filum hi fili & hec fila. hoc raſtrum hi raſtri & hec raſtra. hi cæli tamen raro leguntur.

Que ſunt illa que ĩ ſingulari numero ſunt generis neutri. in plurali uero fœminini? Sunt hec. Hoc epulum he epule. hoc cepe aptotũ in ſingulari he cepe. hoc balneum he balnee & hec balnea. hoc delitium he delicie. hoc nundinum he nundine.

Quomodo fit heteroclitum numero?

Quoniam quedam nomina tantum ſingulariter efferuntur. quedam tãtum pluraliter. & fere ſunt hic ordine collecta.

Que ſunt illa maſculina nomina: que tantum de uſu ſingulariter leguntur? Sunt hec. Hic puluis. ſanguis. fumus. fimus. limus. muſcus herba. mundus. pontus. ſal pro mari & condimẽto. ſol. uulgus. carcer cuſtodia noxiorum. ueſper. heſperus. aer. ether: nemo & propria indiuidua idolorũ: ut iupiter. genius. & uirorum: ut Hector. Ceſar. & aquarũ: ut oceanus. padus. lucrinus pegaſus: niſi auctoritas ueterum & diuerſe opiniones aliter uelint.

Que ſunt illa fœminina: que tm̃ ſingulariter declinãtur? Sunt hec. Hec fames. lux. ethra. ueſpera. uis. pax. ſitis. labes. bruma. gaza. tabes. lues. humus. quies. luna. gloria. fama. ſalus. tellus. indoles. ꝓſapia. proles. ſoboles. uita.

nex. mors.iuuenta.iuuentus.senecta. senectus. nemo. memoria. secordia. & rabies.sanies.pnicies.scabies.caries.& reliqua quintæ declinatiōis: nisi p pauca:ut res.dies.species:que quidē in plurali numero oēs habēt casus.spe cierum tamē & speciebus nō sunt doctorū.Et nisi acies.facies.spes atq; pro genies:quæ i plurali quādoq; tris in es.seruāt casus.& ꝓpria indiuidua ido lorū:ut Iuno: Venus.Mulierū:ut Hecuba: Augusta Aquarū: ut Arethusa: Lerna.& Regionū & Vrbiū:ut Italia.Sicilia.Roma. Placētia.uirtutū scien tiarūq; in.ia.tinientiū:ut temperantia.prudētia.eloquētia.geometria. phi/ losophia:nisi dicta auctoritas & diuersæ opiniones aliter uelint:ut in parti cione regionum diximus: Gallias. Hispanias. Leges quoq; luces.uis.uitis. mortes & mortibus pluraliter.

Quæ sunt illa neutra:quæ tm̄ singulariter efferūtur? Sunt hæc. Hoc fœnū. cœnū.lutū.uulgus.forū.castrū.pelagus.uirus.uiscū.æuū.spicū.hir.pus.fas. nefas.letū.solum.lac.sal.salū.uer.gelu.necesse. ador.seniū. barathrū. halec. iusticiū.uesperū.siler.nihil.nil.& propria indiuidua locoꝝ:ut Mediolanū. Preneste.Pelusiū.& oīa noīa metallorū & sæminū & humidorū ad mensu ram uel pēsum pertinentiū:ut aurum.argentū.stānum.additur & uitrū.tri ticum.frumentū.sinapi.cicer.mustū.uinum.acetū.defrutū.mulsum.oleum. mel.fel.nisi eadem auctoritas aliter exigat.Nam æra.frumēta.ordea.farra. uina.musta.defruta:mella in tribus casibus sæpe pluraliter audis.

Quæ sunt illa masculina: quæ apud doctos de usu tm̄ pluraliter efferūtur? Sunt hæc. hiātes.cacceres equorū claustra.cani.fori.liberi.manes.optima/ tes.primores.primates.ꝓceres.pugillares.quirites.sentes.uepres.sales hoc est ioci.fasces scilicet consulares.inferi.superi.lemures.gemini.pisces signa cæli.cācelli.codicilli.casses.loculi.surfures.maiores. minores.posteri cum de genere dicūtur.Hi ambo.duo.tres.& cætera omnia numeralia & idecli bilia:ut quattuor.& declinabilia supra centum:ut ducenti:nisi mille:quod est singulare quādoq;:ut mille hominum hic uersatur.

Quæ sunt illa fœminina:quæ tm̄ de usu pluraliter efferūtur? Sunt hæc.hæ argutie.blādicie:cune.exeqe.excubie.minutie.iferie.insidie.inimicicie.exu uie.māubiæ.therme.primitie.bige.trige.quadrige.cōpedes.mappe.copie p exercitu.opes.diuitiæ.dapes.feriæ.talaræ.genæ.facetiæ.iduciæ.kalēdæ.

nonæ.idus.latebræ.nuptiæ.quisquiliæ.carinæ.uicus Romæ.reliqæ.scalæ.
tenebræ.antiæ.minæ.illecebræ.inficiæ.cerimoniæ.crates.scopæ.paleæ.fores.fortunæ p bonis fortunæ subiectis.gingiuæ.lactes.litteræ p epistola.
uires.præstigiæ.nugæ.grates.gratiæ deæ.sarcinæ.suppetiæ.sortes pro oraculis.sordes.diræ.& quædam ꝓpria indiuidua locorũ: ut Venetiæ. Pisæ.
Cumæ. Athenæ. & numeralia antedicta. Hæc omnia raro singularia dices.
plurali utens non errabis.

Quæ sunt illa noia neutra: quæ tm̃ pluraliter declinãtur? Sunt hæc. hæc arma.spolia.pascua.p̄sepia.serta.spõsalia.altaria.p̄cordia.mappalia. cunabula.cythera.pondo.cõpitalia.saturnalia.neptunalia.bacchanalia.& reliqua.
poene festorũ dierum noia: & præterea castra.æstiua.hyberna.magalia. feria.tẽpe.carchesia.cibaria.crepũdia.iuga montiũ.iusta p mortuis sacrificia.
intestina.exta.rostra locus coctionis.uada. & quædã ꝓpria noia locorũ: ut solyma.artaxata.& nũeralia p̄dicta.ex his raro singularẽ cõperies numerũ.

Quomodo fit nomen heteroclitũ casu? Quoniam quædam nomina legũtur in quibusdam casibus deficientia.

Quomodo sunt defectiua? Quoniam quædam habent dũtaxat rectos singulares: ut iupiter.diespiter.saties.ops.macte: idest magis aucte. Quædam rectis singularibus carent: ut iouis.diouis.remigis.ceter uel ceterus noiatiuus i masculino genere nõ habetur. Alia uno.alia duobus.alia pluribus casibus declinãtur: ut sponte.fors & forte.tabi & tabo.uicem & uice.& in plurali uices.precis preci precẽ prece in singulari: preces p̄cibus in plurali.uerberis uerbere in plurali habet oẽs casus.ueru non habet uerũ in genitiuo plurali.opis opẽ ab ope sine plurali.a fruge.ab obico.a uiscere.hec habẽt in plurali oẽs.dicionẽ a dicione.laterẽ a latere hi & hos lateres.hãc dicam has dicas.labes.labem.a labe tantum in singulari.

Alia sunt: que carent genitiuo datiuo & ablatiuo pluralibus.& sunt fere hec.
os oris.es.mel.mare.thus.ius: rus.uinum.ordeum.far.frumentũ. frumentis tamen legitur & frumentorum & quandoq; oribus.

Quomodo fit heteroclitum declinatione? Quia comperiũtur aliqua noia diuerse declinatiõis: ut uas uasis: qđ in singulari numero ẽ tertie in plurali uero secũdæ: ut hæc uasa uasoꝝ. hoc iugerũ iugeri in singulari ẽ secũdæ: in

plurali uero tertiæ:ut hæc iugera iugerū iugeribus.alia sūt neutra pluralia: quæ habent genitiuū pluralē secūdæ:ut saturnaliorū:reliquos casus tertie. sic reliqua antedicta huius modi dierū festorū noīa a priscis celebrata. Alia sunt neutra & greca: que habent datiuum & ablatiuū plurales secunde: ut his ab his thematis.poematis.reliquos tertie.

De reliquis heteroclitis differemus:cum nominum declinationes tract abi/mus:quod propediem fiet:si deus annuerit.

De Orthographia.

Iam tēpus est:ut paucis aliqd disputemus de ea parte orthographie:q̄ ad cō positionē dictionū cū ꝑpositiōibus ptinet:re quidē cū putili tū necessaria.

Quid est orthographia? Est pars grāmatice:q̄ recte scribēdi rationē tradit.

De a.abs.ab.

Quomodo a abs ab cōponitur? A cōponitur cū dictionibus incipientibus ab.m.uel.u.cōsonante:ut amitto.amoueo.auello.auerto.licet sint q uelint talem fieri compositionē cū ab.b.littera abiecta. Abs autē cōponitur cum dictionibus incipientibus ab.c.q.t.ut abscedo.absq;.abstineo.Ab uero cū reliquis litteris:que possunt cōponi:ut abactus:abduco:aberro:abfore.ab hinc:abigo:abiicio:abluo:abhominor:abnego:abrūpo:abscindo: abūdo: &.b.ubiq; seruant integra:nisi in arripio:quod uidetur cōponi ex ab & ra pio:ubi b in r transit.& in asporto & aspello:ubi b mutatur in s & in aufe/ro aufugioq;:ubi b in u uertitur:ne adporto:adfero:adfugio dicere uidea/tur:quippe que sunt in contrario sensu.

De Sub & Ob.

Quomodo sub & ob cōponuntur? Cum dictiōibus incipiētibus ab his lit teris.c.ut succurro:occurro.f.ut suffero effero.g:ut suggero:oggānio.m:ut summitto.p.ut suppono.oppono.opperior deponens r.ut surripio. & b. uertitur in illas:nisi in operio & omitto:unde.b.abiicitur. Est quādo ob su scipit s:ut obscurus.obsoleo.Remanet intacta.b.i obcæco. & in quibusdā ab.t.recipiētibus:ut subruo.obruo.obrepo.& cum aliis quibuscunq; litte/ris ut subagito.obaudio subdo.obdo.subeo.obeo.subigo.obitus.obiicio. sublego.obligo.subnixus.obnixus.suboleo.subsisto.obsto:subtraho.ob/tineo.sed sustineo & suspiro a sursum non a sub componuntur. suburbia.

subuerto.obumbro.obuersor.obuiam.

De ad

Quomodo cõponitur ad? Cum dictionibus incipientibus ab his litteris:& d.uertitur in illas.c.ut accurro.f:ut affero.g.ut aggero.l.ut alludo.n.ut annuo:nisi in agnosco:ubi.d.mutatur in.g.p.ut appono: nisi apperio: quod perdit t.ut arrideo.s.ut assideo:nisi sequatur.sc.& st.tunc eni.d.abiicitur:ut ascendo.asto.adsum.d.seruat.t.ut attingo.cum aliis quibuslibet litteris.d. stat integra: ut adamo.adbibo.addisco.adedo.adhæreo.adimo.admitto. admiror.administro.admoneo.adoro.acquiro acquiesco.c.p.d.reseruãt. aduro.aduerto.aduenio.

De con.& in.

Quomodo con & in componũtur? Si cõponantur cum dictionibus incipiẽtibus ab.l.&.r.trãsfertur n.in illas:ut colludo.illudo.corruo.irruo.in ignoro tamen & ignosco & cognosco & similibus.n.in.g.mutari ꝓbatur. Quãdo uero post cõ.sequitur:uocalis eni aufertur:ut coeo:nisi in comedo.& comitor.& comites:ubi n.in m.transire uidetur & in sequentẽ syllabã.Quandoq; sequẽte uocali con sibi capit.b.&.n.in.m.migrat:ut cõburo. preterea quotienscũq; post.n.sequatur.b.uel m.uel.p.semp n.mutatur in m: ut cõpleo.cõmitto.imbibo.impleo immitto.id quod in simplicibus quoq; dictionibus seruatur:umbra summus pompa.

De dis & di.

Quomodo dis & di.cõponuntur? Dis cõponitur cũ dictionibus incipientibus ab.c.ut discedo.ab f:ut differo:in quos migrat in.f.ab.i.consonante:ut disiũgo Excipitur diiudico:quod ex di cõponi uidet̃.ab.p.ut dispono. ab q ut disquiro.discutio.aquatio q i c uersa.ab s:ut dissentio:sed quãdo post dis binæ succedũt cõsonãtes s.abiicit̃ ut disto dispgo.disertus quoq; amittit.s.ab.t:ut distraho. Di autem cõponitur cum dictionibus incipiẽtibus ab aliis litteris:ut diduco.digero.diligo.dimitto.dinumero.diruo. diuido. Priscianus dicit diminuo pro disminuo.

De e.& ex.

Quomodo e & ex.componũtur? E cõponitur cum dictionibus incipientibus ab:b:ut ebbibo.ab.d:ut educo.ab.g.ut egero.ab i consonãte:ut eiicio. ab.l:ut eludo.ab.n:ut enũcio.ab.m:ut emitto.ab.r:ut erripio.

Ex autem cũ aliis:ut exaro.excubo.exeo.effero.in quo.x.trāſit.in.f.exhorreo. eximo.exorno.expono.exquiro.exequor.exanguis.extruit.expes:in qbus & ſimilibus.s.remouetur & extraho.

De An.

An quomodo cōponitur? Si cōponatur cũ dictiōe incipiēte a uocali ſine.h. n.trāſit in.m.qa.b.intercipit:ut ambio ābuſtus.ambages.ambigo.ābedo. Cum ceteris manet integra:ut anceps.anciſus.anfractus.anſāctus.ſic anhelo quoq3.

De Pro & Re.

Pro & Re quomodo cōponūtur? Si cōponantur cũ dictione incipiēte a uocali interponūt ſibi.d.cā euphonie:ut ꝓdeo prodis.prodes ꝓdeſt.ꝓdigus redigo.redhibeo.redeo.in ꝓhibeo tñ & proauus.ꝓinde.prohœmiũ & ſimilibus nō īterponit.d.cũ reliquis qbus cōiungi poſſunt:p ſe cōponunt ꝓboſcis.ꝓcedo.prodo ꝓfero.ꝓgredior.proluo.ꝓmereor pronūcio.propino.proruo.ꝓſequor.protero.ꝓueho.ꝓxenia.reboo:recedo.reduco.refero.regredior.relino.remeo.renuncio.reparo.retineo.reuheo.dicitur & redduco:ut reddo.

De Trans.

Trans quomodo cōponitur? Si cōponatur cũ dictione incipiēte ab i.conſonante uel d.uel n.ꝑdit ns.ut traiicio.trado.traduco.trano.i reliqs itegra manet:ut trāſactus.trāſcurro.trāſeo.trāſfero.trāſgredior.trāſueho.

De Se.

Se quomodo cōponitur? Si cōponatur cũ dictione incipiēte ab i.uocali:pōt admittere.d.ut ſedicio.cũ reliquis.qbus cōiungitur:p ſe cōponitur & integra:ut ſecerno.ſeduco.ſegrego.ſeiungo.ſeligo.ſemoueo.ſeorſum.ſeparo.ſeuoco.

De Circum.

Circum quomō cōponitur? Si cōponatur cũ dictione incipiēte a uocali manet integra ſed m.nō ꝓfertur:ſcribimus eni circũago & circũeo:ſed proferirimus circuago.circueo.cũ reliquis uero qbus cōiungitur m.in n.migrare uidetur:ut circũcido:circũdo:circũfero.Niſi ſequatur b.uel p.ante quas litteras n habitare nequit:ut diximus.

Brixiæ:hoc opus Gabrielis Fontanæ accuratiſſime emēdatiſſimeq3:Preſbyter Baptiſta Farfēgus impreſſit. Sumptibus Frāciſci Laurini ciuis Brixiæ. Anno domini.M.cccc.lxxxxv.Die.xv.Septembris.

